
YALE MEDICAL LIBRARY
HISTORICAL
LIBRARY

Erbarum quasdam dicturus carmine uires:
Herbarum matrem dedit artemisia nomē:
Cui græcus sermo iustum puto ponere primo.
Huius opem fertur prior inuenisse diana
Arthemis græce quæ dicitur: Indeq; nomē
Herba tenet quia sic inuentrix dicitur eius
Precipue morbis muliebrib9 ista medetur.
Menstrua deducit eius decoctio sumpta
Hocq; facit matrix: si sepe fouetur eadem.
Vel si cruda mero sociata terendo bibatur
Aut si trita uirens super aluum nocte ligetur.
Pellit abortiuum potu uel subdita tantum
Duritia soluit stericas: pellitq; tumorem
Vrinam potata ciet: lapidesq; repellit:
Ycterícosq; iuuat cum uino sepius hausta
Hanc adipi iunctā strumis apponere laudat
Plinius: atq; iubet cum uino sumere tritam
Hec opium nimiū si quenq̄ leserit haustum
Subuenit eximie. si uino iuncta bibatur.
Affirmant quidam: si quis gustauerit illam
Quod nullo ualeat nocuo medicamīe ledi:
Et quod eum morsu non appetat ulla ferarum
Radix illius collo suspensa: rubetis
Dicitur: & conctis nocuis obsistere ranis.

Sucus ad hec eius cum uino proderit haustus.
Si musto contrita recens seruabitur herba
Vinum prædictis redit medicabile morbis
Et sapor est & odor uino gratissim⁹ illi.
Confortat stomacū: sanat præcordia sumptū:
Et multis aliis affirmant utile curis.

De ambrotono.

Erti⁹ ambrotano legit̃ gradus ēē caloris:
Et desiccatū semē feruenti⁹ herba est
Vnde iuuat neruos & causas pectoris omnes
Illius elixi si sit decoctio sumpta
Sic quoq; dispnoicis prodest. tussimq; repellit:
Et prodest lumbis sic uuluaꝝq; querelis:
Omnib⁹ his crudum cū uino proderit haustū:
Vrinam purgat: sicq; præcordia mundat:
Sic syassim curat: sic sumptū mēstrua purgat:
Serpentes odore fugat: bibitumq; uenena
Illorū extinguit: sedat quoq; frigora febris
Antea quam ueniant: si misto sumit̃ amne:
Aut oleo quo decoquitur si membra pungas:
Lumbricos uentris hoc sepe bibendo necabis.
Huic panis micas & mala cydonia iungēs
Insimul amne coquas oculoꝝ cocta dolori
Apponas uel feruori: curabit utrunq;
Stipes infixas: & spinas abstrahet ipsum.

Appositum per se:uel adeps si iungitur illi.
Hæc etiam uenerem puluino subdita tantũ
Incitat & ueneris nocuis potata resistit.

De absintio.

N primo calor esse gradu:uis sicca secũdo
Dicit᷑ abscinti:stomacũ corroborat herba
Illius quocũq; modo qui sumpserit illam:
Set melius pluuiæ si sit decocta liquore:
Et sic sub diuo prius infrigidata bibatur.
Sic poterit uariis etiam succurrere morbis:
Hocq; modo pellit lombricos soluit & aluum:
Vrinam potu producit:menstrua soluit:
Eius & in modicum sedat sic sumpta dolorem.
Illi si nardum quem profert gallia iungas:
Et coniuncta teras & trita mulsa resoluas
Præcipue tali purgabis mẽstrua potu.
Hoc quoq; præstabit cum lana subdita molli.
Sisiler:& nardus:& acetum:iungitur illi
Noxia deterges potu fastidia tali.
Gramina si rute iungas huic salq;:piperq;:
Cumq; mero tundẽs des hæc decocta ue potu.
Noxius:& crudus:stomaci purgabit᷑ humor.
Yri coniuncta pectus mire iuuat hausta
Acri cum uino trita se quilibet ungens

Non metuet culices: uesteq; fugi͞nt odore.
Ytericis crudam dabis hanc apio sociatam.
Curat epar sibi si iungatur gallica nardus.
Splenq; sibi iuncto potata iuuabit aceto.
Sic quoq; fungoꝝ depellet sumpta uenenū
Obstat letifere cum uino sumpta cicute
Sicq; uenenatis occurrit morsibus hausta:
Et claros oculos reddit cum melle perūcta.
Hocq; sigillatis modo nunc sup̄abdita ꝓdest.
Decocteq; uapor obstrusas liberat aures.
Si manant saniē: tum mel tritum sup̄adde
Subuenit anginis melli: nitroq;: iugata.
Vulneribus prodest contrita recentib⁹ illa.
Si super addatur. capitis sic ulcera curat:
Pruritusq; iuuat eius decoctio fotu.
Nausea non poterit quenq̄ uexare marina
Antea commixtā uino qui sumpserit illam.
In lini panno si circum iuncta geratur
Inguinis in modicum fertur cohibere tumorē.
Olfatu sompnū capiti uel subdita prestat
Hanc sibi supponi si nō præsenserit eger.
Denigrat crines cinis eius: si bene mixtus
Ceroto fuerit: quæ ipso si sepe peruncttus
A tineis tutum reddit quod conditur arca.

Sub lingua factum curat cum melle tumorẽ
Liuorem nigrum:qui circa luminis orbem
Apparere ſolet:purgabit & hoc medicamẽ.
Auris depellit ſonitum cum felle bouino.
Duritiẽ ſplenis eius cathaplaſma reſoluit.
Coniuncto ſibi melle ſterſi ſubditur herba:
Deſiccabit eam manareq; menſtrua coget
Ex oleo fuerit uiridi ſi cocta:iuuabit
Nõ modice ſtomachũ:q erit hoc unguĩe fotũ.
Incauſto uino quo ſit macerata ſoluto
Si ſcribis cartam mus non teret amplius illam.
Plinius attollit magnis hanc laudibus herbã:
Romanoſq; refert.ſacris ex more diebus
Cum quadrigarum curſu certare ſolerent:
Abſcinti ſucum ſolitos donare bibendum
In capitolina uictori ſede locato:
Credentes pretium præconctis reddere dignũ
Illi:quo firmam poſſet ſeruare ſalutem:
Quæ conſtat mundi pretio prætioſior omni.

De urtica.

Icimus urticã quã græcus acaliphe dicit.
Feruida non modice uis illi dicitur eſſe.
Vnde nec immerito nomẽ ſumpſiſſe uidetur:
Tacta quod exurat digitos urtica tenentes.

Hæc solet ycterícos cum uino sumpta iuuare.
Illius semen colicis cum melle medetur:
Et tussim ueterem curat: si sepe bibatur:
Frigus pulmonũ pellit: uentrisq; tumorem:
Oibus his prodest puluis cum melle iugat⁹:
Aut succus uiridis cum uino sepius haustus.
Cum sale de foliis eius factũ cathaplasma
Vlceribus prodest: & sordida uulnera purgat:
Et cõtra mors⁹ ualet hoc cathaplasma caninos:
Hoc cancros & parotidas: luxataq; curat:
Hocq; reformat caro quæ discessit ab osse:
Et solet humores hæc desiccare nocentes.
Acri cum uino radix contrita tumorem
Compescit splenis: podagre sic subuenit illa:
Omnibus & morbis sic subuenit articulorũ:
Oibus his prodest superaddita: uel sibi iũcta.
Si coqs hanc oleo: foueasq; hoc unguĩe mẽbra.
Naribus impositus succus: folium ue cruorem
Elicit in nati uis est sibi tanta caloris.
Quod si manantẽ cupias retinere cruorem:
Vrtice succo frontem line: reprimit illum.
Si supponat cum myrrha: menstrua purgat.
Si claudit uuluam matrix humore grauata:
Vrtice foliis reuocabitur illa fricata.
Cum uino bibitum semen uenerẽ mouet eius:

Et melius trite.ſi iungas melq;:piperq;:
Et ſi cum uino ſimul hæc coniuncto bibantur
Pleuriticos:pectus:pulmones:adiuuat eius
Semen:ſi ſumptum fuerit cum melle iugatũ.
Cum mulſa bibitũ lotium producit habũdás.
Herba recens eius olerum ſi more coquatˉ:
Detur & illius decoctio:molliet aluum.
Ore diu clauſus ſuccus ſi uoluitur eius:
Vue non modicum poterit ſedare tumoré.
Sudorem mouet ex oleo decocta perunctis.
Si quadrupes quecũq; marem proferre recuſat:
Vrtices foliis illius uulua fricetur:
Sic naturalem calor excitat ille caloré.
Defluuium capitis:ſi ſucco ſeminis eius
Vngas ſepe caput:reprimi dicit galienus
Illiuſq; ſemen collectum tempore meſſis:
Et deſiccatum multis erit utile cauſis.

De allio.

Cordeon argiue:ſũt allia dicta latine.
Huius uim medici calidam:ſiccáq;:periti
In quarto poſuere gradu:máſum:uel ĩunctum
Curat quos ſerpens:uel ſcorpius:intulit ictus.
Sanat & appoſitũ morſus cum melle caninos
Et nocui uermes triti pelluntur odore.

In mulsa coctum: cōmistum cui sit acetum:
Et bibitum: uermes uentris tineasq; repellit.
Ex oleo cum ueste sua si decoquis illud:
Morsus pestiferos reddes hoc unguine sanos.
Corpus & attritum cura sanabis eadem.
Vnguine uesice dolor: & tumor: hoc reprimūť.
Ipse refert Ipocras educi posse secundas:
Fumo combusti si uulua diu foueatur.
In uino seuo commiscés allia trita
Vnge pedum plantas sic pelles ipse catarrę
Vnctio si talis bis uel ter fiat ad ignem
Sic quoq; rauceda tussisq; molesta fugatur
Pulmonū uarias coctum cū lacte querelas:
Potatumq; iuuat: uel crudum sepe comestum.
Cum centaurea diocles dare præcipit illud
Hydropicis: sic humores desiccat aquosos.
Idem nefreticis elixum sumere iussit.
Praxagoras illo fuit usus cum coriandro:
Et uino: causas sic curans ycteri corum:
Et sic potatum dicit quod molliet aluum.
Cumq; faba coctum capitis sedare dolorem
Dicitur: atrito si tempora perlinis illo.
Anseris huic adipem iungas: tepidūq; dolenti
Fefundas auri: præclare subuenit illi.

Elixum tussim iuuat: & suspiria sedat.
Clarificat raucam crudũ: coctum quoq;: uocẽ.
Et magis elixum iuuat illam sepe comestũ
Adiuuat incoctum: pulti sumptũq; tenasmon.
Porcino iungas adipi: si conteris illud:
Nõ modicos reprimet supaddẽs sepe tumores.
Allia qui mane ieiuno sumpserit ore:
Hunc ignotarum non ledet potus aquaꝝ:
Nec diuersorum mutatio facta locorum.

De plantagine.

Erbam: quæ nostra lingua plãtago uocatᷣ
Hanc arnoglosã græcꝰ uocat: ẽ qa lingue
Agnine similis: foliis plantaginis huius.
Sunt gemine species: sed maior prima uocatᷣ:
Altera uero minor: quam uulgo lantiolatã
Dicunt: quod foliis ut lancea surgat acutis
His infrigdandi desiccandiq; notatur
Tertius esse gradus: maioris uis tamen esse
Maiorem dicunt. nimis humida uulnera siccat
Cum sale sicut olus si iuncta coquatur aceto
Si super addatur cum melle: & sordida purgat.
Ventrem restringit nimiũ sic mansa fluentẽ.
Si supradictis lens sit concocta iuuabit
Hic dysentericos melius cibus: & celiacos.

Stringit manantē superaddita trita cruorem:
Et nigris maculis fertur reparare colorem.
Oui cum lacrimo mire medicatur adusta.
Sola canis morsum curat: sanatq; tumorē.
Et scrophas spargit superaddita cum sale trita:
Hydropicis ut olus decocta comestaq; prodest:
Sic iuuat asmaticos: fertur q; iuuare caducos.
Sordida purgabit uel uulnera quelibet oris:
Ore diu tentus si succus uoluitur eius.
Sic interfusus curat siringia succus:
Et dolor hoc auris sedabitur: & sacer ignis.
Fert emopthoicis hic opem si sæpe bibatur
Per se: fortior est si sit cōiunctus aceto.
Sicq; iuuat pthisicos. iniectus uero per anū
Stringit non modicum fluxum dysentericoꝝ.
Pellitur ex oculis tumor hoc: feruorq; punctis.
Sepius hanc ipsam si dentibus atteris herbam:
Gingiuas reprimet tumidas: & sanguīe plenas
Sicq; solet dentū compescere sepe dolorem
Succus cum lana matrici subditus: eius
Stringit manantē nimium siccando cruorē
Cunctis prædictis eius decoctio causis
Prodest: & potus cum uino seminis eius:
Vesice: renumq; iuuat potata dolorem.

Dicunt non nasci scrophas gestantib⁹ eius:
Radicem collo suspensam: uis sibi tanta est.
Radices eius tres contere: iungito tritis
Vini tres cyathos: & aque fac ut modus idem:
Hæc nundum tremulo potanda dabis febriẽti:
Sic febrem pelles: cui dat lux tertia nomen.
Bis bine quoq; quartanis prodesse putãtur:
Cum totidem uini cyathis si detur: & amnis:

De minori plantagine.

Vncta pōt plãtago mĩor prædicta iuuare:
Quanuis nõ tantas uires uideat̃ hẽre.
Præcipue succus curat plantaginis huius
Quod circa nares: uel lumina nascit̃ ulcus:
Si super addatur cum lanis mollibus illi:
Perq; nouem cathaplasma dies illud renouet̃.
Eius si succo tepido uenter foueatur:
Acri depulso sanabitur ille dolore.
Lumbricos succus depellere dicitur eius.
Si porcina uetus axongia iungitur illi:
Sedabit duros istud cathaplasma tumores:
Parotidas: uulnusq; recens: hoc adiuuat unguẽ.
Ante duas horas quartane: quam tremor ægꝝ
Vexet si succum biberit plantaginis huius:
Sentiet eximiam facto medicamine curam.

Eius potatum depellit sperma secundas.
Si uia longa pedum mouet: ut fit: sepe: dolorē:
Acri cum uino superaddita trita iuuabit.
Cum passo succus bibitur si sepius huius:
Vesice uariis fertur succurrere morbis.
In desiccando uis est plantaginis ingens:
Maioris: queat ut: ueluti cauteria: corpus
Appositum siccare: refert ut plinius: auctor
Qui fecit librꝶ themeson de uiribus eius:
In quo præclaris celebrauit laudibus illam.

De apio.

St apium dictū: q̄ apex hoc ferre solebat
Victoris: ueterꝶ fieret dū more triūphus.
Ipse sibi talem prior imposuisse coronam
Dicitur alcides: morem tenuere sequentes.
Ast alii dictum credunt: q̄ apes uehemēter
Illius soleant auide decerpere flores:
Hác herbam selmon solet attica dicere lingua.
Virtutis calide: sicce quoqꝫ dicitur esse:
Tertius a medicis datꝰ est gradus huic ī utroqꝫ.
Illius succo si candida mica terendo
Panis iungatur: oculis sedare tumorem
Dicitur: emplastri noctu superaddita more.
Sicqꝫ ferunt mām̄is prodesse tumentibꝰ illam.
Sedat feruorem stomachi: pellitqꝫ tumorē.

Et quicquid uentus creat: includitq; nociui
Desiccans: poris assumpta repellit apertis:
Prouocat urinas hec cocta: comesta: uel hausta:
Sed mage radicum facit hec decoctio sumpta.
Hoc itidem semen operatur fortius haustũ
Tota uenenatis occurrit morsibus herba:
Sed semẽ potius: uel apozima proderit eius
Si bibitur: tussimq; modo sedabit eodem.
Ventrem constringit: uomitũ potata cohercet:
Lymphe commixtum sibi si iungatᷣ acetum.
Egris amissum fertur reparare colorem
Cruda a ieiunis fuerit si sepe comesta
Vnaquaq; die uexantem corpora febrem
Cum lympha potata iuuat febris ante tremorẽ
Hydropicos: & splẽ tumidũ adiuuat illa iecurq;
Si cum feniculi succo contrita bibatur.
Hacq; superposita turpis lentigo fugatur.
Illi⁹ succus farris cum polline mixtus
Atq; oui lacrimo bene uuln⁹ purgat: & ulcus:
Si super addatur emplastri more frequẽter.

De sauina.

Racɫheos græce: sauina uocata latine:
Sicca calensq; sibi uis est: & tertius illi
Est in utroq; gradus. uulnus cũ melle. uel ulc⁹

Fortiter exsiccat: & sordes purgat eorum.
Sic iuuat anteactas: bonaq; plebs ulcera dicit.
Menstrua deducit: corruptos extrahit aluo
Conceptus: si cum uino sit sumpta frequēter:
Vel si trita prius matricis subditur ori.
Cerotis admixta: cutem facit esse nitentem:
Omnibus & morbis prodest de frigore factis.
Illius in uino : uel aqua decoctio: curat
Quos uertigo nocet: si lotum sit caput inde:
Herbaq; temporib9: & fronti cocta ligetur.
Duplum sauine: si desint cynnama: poni
In medicamētis iubet oribasius auctor.

De pulegio.

Eruida pulegii uis siccaq; dicitur esse
Terti9 a medicis dat9 ē grad9 huic ī utroq;
Sepius hanc herbam si prægnās sumit abortit
Menstrua deducit cū uino sumpta tepenti
Hocq; mō tardas hæc extrahit herba secundas
Hoc nomen quia non notum reor esse qbusdā
Exponam tali quid nomine significetur
Vt nundum natus testa circūdatur oui
Pullus. sic infans matris uexitur in aluo
Quadam pellicula matris de semina facta
Quam nascēs rumpit quasi testā pullulus oui
Istas pelliculas medici diesere secundas

Quæ mox expositos nature iure sequātur
Hec si plus iusto uitio cogente morantur
Aut mox mors seqtur dolor aut q̄ uix tolerat̄
Istas pulegiū prædicto more repellit
Cum sale contritam melli si iunxeris herbam
Vnguine contractis potes hoc sucurere mēbris
Illius puluis sumptus cū melle uel haustus
Pectoris humores uiscosos extenuare
Et per sputa potest illos educere mire
Nausea uel morsus stomaci curabitur illa
Cum pusca sumpta uel aceto quod sit aquosū.
Cum uino nigrā colloram potata repellit.
Sicq; uenenatis serpentū morsibus obstat.
Si per uim febris nimio ue fluore cruoris
Aut aliquo casu subito defecerit eger
Quod solet a doctis medicis malfactio dici
Pulegium ualido trictum iungatur aceto
Naribus egroti sic apponatur odorir
Solo confestim dicunt reuelare iacentem
Gingiuas sicci puluis confirmat & usu
Appositam uiridem dicunt sedare podagrā
Et quosuis alios solet emendare tumores
Si superaddatur tepide permista polente
Addita cerotis papulas de corpore tollit

Spleneticis multum supaddita cũ sale prodest
Elixatura si quisquam sepe tepenti
Illius abluitur pruritus non patietur.
Et sic matricis poteris curare tumorem
Tussim compellit cum uino sumpta tepenti
Et sic urinam compellit rodere largam
Et magis ex uino si sit decoctio facta
Aut oleo misto contritam si super addas
Si radix acro contrita iungatur aceto
Sedat aquosos superaddita sepe tumores
Obstat serpentum cum uino sumpta uenenis
Et sic assumptũ uenerẽ stimulare fatentur
Sic quoq; pulmonis prodest iecorisq; querelis
Et sic nutrici sumptum lac præbet habũdans.
Herba uirens curat morsus cũ melle caninos
Si superaddatur & uino mista bibatur
Hac mansa serpens oculos caligine purgat
Indeq; compertũ est humanis posse mederi
Illam luminibusq; hoc experiendo probatũ
Radicum sucus mistus cum melle recenti
Lumen ab antiqua caligine purgat inũctus
Auribus infusus uermes sucus necat eius.

De caule

Aulis romana græcoꝝ: brassica lingua:

Dicitur. hic quanuis passim nascatur in hortis:
Est tamen illius ad multa salutifer usus.
Annis sexcentis usos medicamine caulis
Romanos cato testatur: medicina priusquã
A medicis rome descripta fuisset in usum.
Tunc ortus escas illis dabat: atq; medelas.
Vulnera non tantũ curare recentia: caulem
Ipsemet affirmat: sed quelibet inueterata.
Et cancros & lota sed prius amne lauari
Precipit aut uino tepido sic deniq; crudum
Vnaquaq; die bis tritum apponere caulem.
Ordea quam dederint cauli missere farinã
Idem precepit rutam quoq; cum coriandro
Et sale per modico sic omnia mista terendo
Apponi dire docuit cathaplasma podagre.
Hoc etiam morbis medicabitur articuloꝝ
Hoc quoq; siringas ait & luxata iuuare
Atq; superpositũ uarios sedare tumores
Illius urinam fuerit qui caulibus usus
Causis neruorum calefactam censuit aptam
Hac ex urina pueri si sepe lauentur
Asserit illorum multum conferre saluti
Hæc caulis de laude catto scripsisse libellũ
Crisipum dicunt huius de uiribus herbe.

Omnes confirmant caligine lumina tergi
Huius qui uiridi uescetur caule frequẽter
Auget lac mammis cibus eius mestrua purgat
Atq; iuuat stomachũ sumptas ut concoq̃t escas
Si multũ coquitur restringere dicitur aluũ
Atq; semicrudus solet illam soluere sumptus
Assumptus crudus sic ut iungatur aceto
Splen reprimit tumidũ semen repellit abortũ.
Vncto cũ ueteri coctos bene contere caules
His oleum roseum quantũ res postulat addas.
Ardores nimios iuuat hæc confectio febris.
Si superaddatur stomacho membro ue calenti
Acri cũ scissum si iungis alumen aceto
Et caules sic ut corpus redigantur in unũ
Cuncta terendo diu potes cõpescere lepras
Et plures alias maculas his sepe perũgens.
His etiam cliues poteris retinere fluentes
Dicitur & testes istud curare tumentes
Et uarios morbos genitalia quos patiuntur
Et cum prædictis melius faba cocta terat᷑.
Cum feno græco si cundas hunc & aceto
Et super arteticos apponas ista dolores
Multum subuenies illis uitiisq; podagre
Non modicũ poterit istud cathaplasma mederi

Vncto cum ueteri caulis cineris bene tricti
Prosunt aduentus coxis laterisq; dolores
Sit licet hæc uilis tamen est medicina salubris
Multum subueniens his talibus impedimētis
Si caulis semen mixto potatur aceto
Pellere sepe solet animalia noxia uentris
Fit cinis ex sicis caulis radicibus usti.
Subditus hic uuam releuat siccando iacentem
Dentibus atriti sucus glutire uirentis
Affirmant multū rauce succurrere uoci
Naribus infusus sucus purgat caput eius
Qui prius est caules uix sentiet ebrietatem
Euulsam caulis radicem deniq; terram
Non plus attigerit collo meletius inquit
Suspensam cunctos uuæ depellere morbos

De cepis.

E cepis medici non consentire uident̃
Nāq; diascorides inflare caputq; grauare
Atq; sitim cepas dicit succendere mansas
Fellitis non esse bonas inquit galienus
Flegmaticis uero multū putat esse salubres
Non modicum sanas asclepius asserit illas
Præsertim stomacho pulcrumq; creare colorē
Affirmat quotiens aliquis conspexerit illas

Et dicit quisquis ieiunia soluerit illis
Vnaquaq; die quod uiuet hic absq; dolore
Affirmant omnes mansas inferre soporem
Et dicunt illas molire salubriter aluum
Appositas perhibet morsus curare caninos
Si trite cum melle prius fuerint uel aceto
Apponunt alii cum uino melleq; coctas
Transactisq; tribus soluunt cathaplasma dieb⁹
Sal rutam cepasq; diascorides iubet anguis
Morsibus apponi sic asserit ille iuuari
Femineo lacti commistus sucus earum
Pellit sepe graues infusus in aure dolores
Hic sucus cōmistus aqua bibitusq; iuuabit
Illos quos subitus facit obmutescere morb⁹
Naribus attractus harum tantummodo sucus
Humores nocuos capitis deponere cogit
Manse uel potte tardantia menstrua purgat
Tricturasq; pedum solæ uel quas caligaꝶ
Durities faciunt suco sanabis earum
Cum galinarum pingui si sepe perungas
Mane sibi dentes suco qui perfricat isto
Dicunt hunc dentum nunquā sentire dolorem
Vlcera compescunt oris cum pane comese
Intingens oleo coctas qui sumpserit illas

Sedant quos intus dat disinteria morsus
Contrictis cepis loca denudata capillis
Sepe fricans capitis poteris reparare decorem.
Oris fetori prosunt fastidia tollunt
Hasq; iubent medici uentri superaddere tritas
Illarum sucus caligine lumina purgat
Admistus melli maculas quoq; iunctus aceto
Emendare solet si sint hoc sepe fricate.

De sinapi.

Nter eas q̃s pitagoras laudauerat herbas
Asseritur primam laudé tribuisse synapi
Quartus ei gradus é in uisica quoq; calda
Extrahit humores uiscosos extenuatq;
Cumburitq; cutem uix est sibi tanta caloris
Maior uis eius in semine dicitur esse
Sensus exacuit cibus eius commouet aluũ
Confringit lapides urinã menstrua purgat
Si tritum iungas tepide uersesq; palato
Ad solem capitis purgabis flegma nociuũ
Sternutamentis hæc admissere salubre est
Illo nam capitis strictura resoluitur omnis
Mansum confortat stomachũ suspiria sedat
Morsus serpentum trito sic iungas aceto
Et super apponas tali medicamine curat

Māſum peſtiferos uetat intima ledere fongos
Vi nimium feruente cutem comburere dixi
Sed tamē eſt multis hæc utilis uſtio canis
Hac oculis nocuus capitis ſiccabitur humor
Et qui diſtillans pulmonū cum cana ledit
Et ſtomachi morbos pellit tuſſimq; ptiſimq;
Ac per ueſicam coxe dolor inueteratus
Elicitur ſciaſſim quā græco nomine dicunt
Hacq; tumor ſplenis durus yecoriſq; fugatur
Et multis caīs hæc ſubuenit inueteratis
Vtile tot caīs quoniā cathaplaſma ſinapis
Sepius a medicis uariatur conficiendo
Hoc fieri iubeat dicam menemalcus
In mortariolo tritum bene pone ſinapis
Semen iungatur huic panis candida mica
Tertia ſic ut ſit panis pars iuncta ſinapi
His ficus ſicas & mel iungas & acetum
Etatis quantum uel morbi cauſa requirit
Nam quo plus ficus ſice uel mellis habebit
Ille ſinapiſm⁹ tanto ſolet acrior eſſe
Debilior quo plus panis pones & aceti
Hæc tibi ſit uilis moneo confectio talis
Effectum cuius in multos ſepe probaui
Non tamē hanc iubeo cūctis apponere morbis

Sed raro magnis & canis inueteratis
Plinius in musto cũ semine præcipit huius
Radices mergi sic postquã sumpserit harũ
Omné uim uinũ multũ putat esse salubre
Faucibus & stomacho potatũ luminibusq;
Pluribus & capitis dicit prodesse querelis
Infuso faciunt oleum de semine quidã
Vtile lumboꝝ uitiis stupidis quoq; neruis
Exprimitur sucus tenero de caule sinapis
Quem sucũ mandens dentis tormenta fugabit
Vocales uenas semen lenire sinapis
Mansũ confirmant adipi tundendo uetusto
Cõmistũ scrophas disperget si superaddas
Illius fumus multũ prodore caducis
Dicitur atq; stere causas siccando iuuare
Cum ficu tritũ capiti superaddere raso
His qui letargũ patiuntur magna medela est
Vel si sepe pedes ungendo fricabis eoꝝ
Semen contritũ melli coniunge uel uncto
Istud alopicias iuuat ungere sepe fricando
Acri cũ uino lepras emundat inuectũ
Hoc quoq; curatur manso pariodica febris
Antea quã duri fiat cõmotio morbi.

De eruca.

Rucam calidā dicunt mediocriter esse
Sicam non adeo cibus eius digerit escas
Et ualet urinas hæc mansa uel hausta mouere
Manditur utiliter pueris tussimq; repellit
Et mundare cutem maculis cū melle iugatam
Tradunt & mundos lentigine reddere uultus
Elixatā prius radix ualideq; subacta
Ossibus & fractis superaddita reiicit illa
Cum uino tritum si semen sumitur eius
Quos uis pestiferos ictus curare refertur
Hæc nigras maculas curat cū felle bouino
Illita mica loquor cum uino largius hausta
Indurare ferunt hanc contra uerbera sensum
Si condimentis cocus hanc admisceat herbā
Aut semen gratum dicunt præstare saporē
Euxinumq; solent hac causa dicere græci
Erucam sucus quod gustu sit bonus eius
Confirmant medici pariter pluresq; poete
Est cum latucis hæc herba comesta salubris
Namq; calor dat temperiē cum frigore mistus
Excitat ad uenerem tardos eruca maritos.

De nastructio.

Icunt feruentes q̄d habet nastrucia uires
Et sicas hac re uenerē ceu ruta cohercēt

Sicando ſemen fuerit ſi ſumpta frequẽter
Fermento cõmiſta recens hæc herba terrendo
Antracas curat bona quas plebs ulcera dicit
Si ſuperaddatur curaq; furunculus iſta
Emittit ſaniem cum qua dolor iſte recedit
Illius ſucus crines retinere fluentes
Illitus aſſeritur dentiſq; leuiare dolorem
De qua parte dolens dens eſt infuſus in aurem
Fortius eſt herba ſemen depellit abortum
Hauſtum cum uino uentriſq; animalia pellit
Et ſic ſerpentis dicunt obſtare uenenis
Solus odor poſitis carbonibus effugat illos
Splen reprimit miſto ſi ſepe bibatur aceto
Herbam uel ſemen cum poline iunge & aceto
Hæc contrita ſimul ſiaſis ſuperadde dolori
Vtile non modicum confirmãt hoc medicamẽ
Lichenas ſucus purgat cum melle perunct⁹
Si prurigo caput aut ulcera turpia fedant
Anſeris admiſcens adipi naſturtia trita
Sepius ungue caput uitiũ pelletur utrunq;
Si coquis hanc herbam cum capre lacte recenti
Illius aut ſemen dolor angat pectora quiſquis
Aſſumpto potu tepido ſedabitur iſto
Semen cum tepide contrictũ pondere dragme

Et bibitum duram dicũt quod molliat aluum
Tussim compellit semen cum melle uoratũ.

De feniculo.

Eniculum medici calidũ sicumq; secũdo
Dicũt ẽẽ gradu maratrꝝ græcꝰ uocat illud
Cum uino cunctis obstat potata uenenis
Et sic assumptũ uenerẽ stimulare uidetur
Hac mansa serpens oculos caligine purgat
Indeq; compertũ est humanis posse mederi
Illam luminibus atq; experimẽdo probatũ
Radicum sucus oculis cum melle perunctis
Pulsa redit eos omni caligine claros
Expressus uiridi maratri de semine sucus
Soleq; sicatus magnũ medicamen habetur
Ad quoscunq; ualet oculoꝝ pellere morbos
Auribus infusus uermes sucus necat eius
Renibus in ptisana radix decocta medetur.
Cum uino fugat idropicos potata tumores
Sicq; uenenatis obstabit morsibus illa
Sic quoq; pulmonis obstat yecorisq; querelis
Et sit nutrici sumpta fit copia lactis
Cum uino uel aqua radicũ decoctio sumpta
Neufreticis & uesicæ morbis medicatur
Vrinas purgat & mestrua sumpta resoluit

Vel si trita super pectus hæc herba ligetur
Nausea cum uino sumpta sedabitur illa
Feruoré stomachi cum limpha mitigat hausta
Radix illius uino decocta dolores
Fomento curat patitur quos uirga uirilis
Hoc quoq; si iungas oleo facit hocq; perungas
Ictu uel factos subito quoscunq; tumores
Apponens trictam iuncto sedabit aceto
Semen cũ uino bibitum ueneris mouet actus
Hocq; modo lateris diros sedare dolores
Dicunt aut herbe si sit decoctio sumpta
Tradunt auctores eius iuuenescere gustu
Serpentes & ob hoc senibus prodesse putatur.

De saturegia.

Imbra solet græce dici satureia latine
Illi sica nimis uis est & feruida ualde
Prouocat urinam cum uino & mestrua sumpta
Pellit abortiuum muliebria uiscera purgat
Illius puluis cum cocto melle subactus
Et mansus uel si cum uino sumitur idem
Pectoris humorem pellit per sputa tenacé
Cum uino tepido compescit tormina uentris
Si large bibitur uerum iam sepe probaui
Est etiam morbus litargus nomine dictus

Oppositum medici quē dicunt esse frenesi
Qđ uetat hoc sompnũ sōpna grauat hic nimis
Hoc tā letali sompno depressus aceto egꝝ
Timbrā cōmiscens foueat caput inde frequēter
Sic uitium pigri poteris depellere morbi
Hanc herbā caueat mulier cōtingere prægnās
Nā nō mansa modo sed partum subdita pellit
Nausea sedatur hæc si bene trita bibatur
Cum modico uino uel si sumat̃ in ouo
Hocq; modo mire uenerem solet illa mouere
Si largo potu uiridis uel sica bibatur
Si desunt thimus pro thimo sumere thimbrā
Precipiunt medici quia uis est una duabus
Quod si cũ uino mel iungitur & piper illi
Non modicum ueneris succēdere dicit̃ ignem
Hinc est a saturis merito satureia uocata
Quod sint in uenerem min⁹ hæc aialia prona.

De cerofolio.

St cerofolio uis acris & ignea ualde
Appositũ cancris tritũ cũ melle medetur
Cum uino bibitum lateris sedare dolorem
Sepe solet tritam si nectas desuper herbam
Cum mulsa bibitum pituite noxia soluit
Ex oleo coctum frigus depellit inunctũ

Si trictum iuncto uiolenti soluis aceto
Lumbricos tali potu tineasq; repelles
Cum uino ciet urinas & mẽstrua purgat
Virgine cum cera uetus assungia mista
Non modo parotidas uerũ quoscũq; tumores
Curat uel reprimit si sepius hoc supaddas
Intinctum ualido si manducetur aceto
Sepe solet uomitum uẽtremq; tenere solutum
Si tricto tegitur pectus sucusq; bibatur
Vrine clausos reserat quoscũq; meatus
Illius elixatura uertigo fugatur
Si caput ac tepida patientis sepe lauetur
Herba quæ timporibus & fronti cocta ligetur

De coriandro.

Rigida uis herbe coriandri dicitur esse
Austereq; simul quoddam uirtutis hẽre
Hanc galienus ait per quã depellere uentris
Lumbricos tineasq; solet si trita bibatur
Cum uino uel si misto iungatur aceto
Vua cum passa coriandrum melq; iugatum
Sedabunt uarios superaddita trita tumores
Præcipue testes tumidos iuuat hoc medicamẽ
Illius semen uentrem stippare solutum
Fertur aquæ iunctum fuerit si sepius haustum

Argenti ſpumã ceruſe contere miſtam
His tritis ſucum coriandri iunge & acetũ
Quatuor his roſeum miſcendo iugabis oliuum
Iſta terendo ſimul pretioſum conficis unguem
Quo ſacros ignes pellas calidoſæ tumores
Si tibi difficilis confectio tanta uidetur
Sucus cum ſolo prodeſt commiſtus aceto
Aut ſi furmenti panis mõdiſſima mica
Iungitur huic ſuco ſedat quẽcunq; calorem
Huic ſuco ſi iuncta fabe ſit ſola farina
Et ſuperaddat̃ ſcrophis medicabitur illis
Et cedet feruens emplaſtro puſtula tali
A multis ſcriptum legitur febris ante tremorẽ
Si tria grana uoret coriandri ſeminis eger
Eludet febrem cui dat lux tertia nomen
Præſtat idem lectum coriandꝛ mane priuſq̃
Sol ſurgat ceruicali ſi ſubditur egri
Zenocrades dixit totidem ceſſare diebus
Menſtrua quot mulier coriãdri grana uorabit
Aſſiduum quidam condempnãt illius uſum
Nempe putant mortẽ quẽuiſq; parare dolorẽ.

De atriplice.

N frigidare gradu primo humetare ſecũdo
Atriplicem dicunt cuius molit cib⁹ aluũ

Duritias soluit uarias clauisq; medetur
Emplastrum cocte uel crude si superaddas
Hoc quoq; si positũ scabros cito detrait ũgues
Ignibus & sacris dicunt sic posse mederi
Atriplicem tritam cum nitro melle & aceto
Dicunt appositam calidam sedare podagrã
Ytericum dicit galienus tollere morbum
Illius semen cum uino sepius haustum.

De aneto.

Medicis calidum sicumq; refertur anetũ
Et dicunt ꝙ sit gradus in utroq; secũdus
Lac dat habundanter eius decoctio sumpta
Nutrici. stomachiq; solet depellere morbos
Tres ciatos eius tepidos si sumpserit eger
Inditio ructus est qui demonstrat apertum
Osse stomachi uentumq; per hoc exire nociuũ
Atq; grauis tali sedatur nausea: potu
Prouocat: urinas obstantia queq; repellens
Matricemq; iuuat bene si foueatur eodem
Cum tepida tritum patiens si potet anetũ
Intestinoꝝ curat uentrisq; dolorem
Hoc etiam potu digestio tarda iuuatur
Vnde minor fieri uis egestiua uidetur
Assidue bibitum uisui nocet & genitale

Claudit iter ſiccans humorẽ ſeminis intus
Si nimio uenter turgens humore grauatur
Suſpendit puluis combuſti ſeminis eius
Appoſitus digitis aut intus cliſtere fuſus
Acrior eſſe cinis radicum dicitur eius
Rodit creſcentes cinis hic in uulnere carnes
Vlcera quæ ſerpunt & ſordida uulnera curat
Vlcera præcipue membri curare uirilis
Dicitur iſte cinis infuſus ſepius illis
Olphatum reprimit ſingultum ſemen aneti
Affatum & feruens ſi ſepius olfacit eger
Dicunt feruores oculorum pellere poſſe
Eius radices tritas prius appoſitaſq;
Apponas amoroidis ſi ſemen aneti
Vſtum curat eas & cum dilomata ſoluit
Flos oleo ſi decoquitur medicabile redit
Illud præcipue natis de frigore canis
Prodeſt & capitis compeſcit ſepe dolorem
Neruorum laxat tenſuras frigora pellit.

De roſa.

Ici flos florum nubis roſa iure uidet̃
Qđ ſpecie cunctos flores præcedat odo[r]
Non tamen hæc ſpecie tantũ nec odore iuua[t]
Nos ualet & uariis nos adiuuat illa medelis

Eius sica gradu uis est & frigida primo
Compescit sacrum si trita apponitur ignē
Sic quoq; si stomach⁹ calet aut præcordia sedat
Fluxum matricis cū uino stringit & alui
Illius sucum coliria plurima querunt
Et sice puluis morbis bene conuenit oris
Infrictus per se tantū cum melle ue mistus
Omnes feruores superaddita trita cohercet
Ipsa recens uel si mulse contrita bibatur
Ex hac conficitur oleū roseumq; uocatur
Diuersis morbis & multis utile caīs
Si bibitur uentrem mollit stomachiq; calorē
Extinguit nimiū bene si foueatur eodem
Et dolor & feruor capitis curabitur illo
Permiscendo sibi si forte iungatur aceto
Expurgat sordes uulnus repletq; profundū
Et cōbusturis præclare subuenit ignis
Ore diu tentū dentis sedare dolorem
Dicitur & duras palpebras reddere molles
Aufert suppositū pruritus interiořꝶ
Et stericis uariis ualet hoc sucurere caīs.
Hoc oleum quoniā uariatur conficiendo
Dicā palladius quid scripserit inde peritus
Quod rubeū fuerit folioꝝ sumito floris

Vncia sic purgatorii mergatur oliui
In libra uitreo sic claudēs omnia uase
Sub phœbo tantū septem suspende diebus
Inde medelaꝝ uarios seruetur ad usus.

De liliis.

Llia iure sequi quæ nec specie nec odore
Cedere creduntur roseo collata decori
Nec min⁹ in multis hominū sūt capta medelis
Eius radicis bulbus qui lilia profert
Sub pruni s coctus iuncto quoq; tritus oliuo
Prodest usturis mirre superadditus ignis
Et melius roseum sibi si iungatur oliuum.
Duras matrices mollit si subditur idem
Elixis eius foliis cathaplasmate facto
Mollescunt nerui combustaq; mēbra iuuantur
Sicq; superpositis morsus curabitur anguis
Aut si cum uino bulbus potabitur ille
Sic quoq; fungoꝝ uetat ille uenena nocere
Hunc uino coctum tritūq; pedum superadde
Clauis nec soluas nisi cū lux tertia transit
Decoctus pingui porcino idem uel oliuo
Reddere posse mēbris pilos narratur adustis
Cum uino potū nociuū purgare cruorem
Per uentrē dicunt & sic prodesse lieni

Sicq; iuuat uuluas sic idem menstrua purgat
Vel si cum uino ueteri coctum superaddas
Precisis neruis tritus cū melle medetur
Expressus sucus foliorꝝ mistus aceto
Et melli coquitur sint mellis sint & aceti
Vt gemine partes prædicti quinq; liquoris
Ad desiccandū nihil est magis utile uulnus
Inq; cicatrices ducit licet inueteratas
Elixus bulbus & cerotis bene mixtus
Rugas deducit uultus maculas fugat oēs
Lichenas purgat faciem quoq; furfure mūdat
Exprimitur sucus de trictis floribus eius
Qui mollit uuluas cū lana subditus illis
Illitus asseritur sudorem posse mouere
Trugida maturat plus excoquit & cito mūdat.

De tribus generibus papaueris.

Icunt uim gelidam sicáq; papaueris esse
Tres illi tribuūt species flos unius alb?
Alterius roseus rubens pallensq; minoris
Flos est hanc uulgo dicunt agreste papauer
Nobilior cunctis est cui flos nascitur albus
Exuuiis teneris opium faciunt capitellis
Incisa leniter sumacute lacq; quod inde.
Defluit excipiunt cocleis sicumq; reseruat

Antidotis multis aptum uariisq; medelis
Sunt qui contũdunt cũ lacte suo capitella
De quibus expressum siccant in sole liquoré
Post primũ sucus uires habet iste secundas
De specie uero roseos quã gingere flores
Dixi conficiunt oleũ de semine tuso
Non modicũ gustu iocundũ soniferũq;
Tertia cui flos est: est rubeũ semenq; nigellũ
Præstat si bibitur reliquarũ more soporem
Elixatura tepida cuiuslibet harum
Eger si foueat faciem uel si bibat illam
Optatum capiet ubi sit mors proxima somnũ
Sperma nigri bibitũ cũ uino stringere uentré
Dicitur. hocq; modo fluxus inhibet muliebres
Somnũ dat bibitum tussim compellit iniquã
Pondere denarii debent hæc semina sumi
Nam plus letargum uel morté sepius infert
De foliis eius tritis factũ cathaplasma
Eximie fauces dicunt curare tumentes
Quosq; uocant sacros extinguere dicitur ignes
Frigore uel cantu potu ue cibo ue uel estu
Aspera si fuerit uocalis reddita uena
Apposito tali fiet medicamine lenis
Candida miconii species sic nempe uocari

Græcorum lingua dicunt quodcūq; papauer
Longe nobilior est utiliorq; duabus
Tunc cum lacte fluūt capitella papaueris hui?
Lecta coquantur aqua cui sit pars tertia mellis
Addita cuncta coquas donec decoctio spissa
Sit quasi mel uarios sic cōseruetur ad usus
Sūpta facit sompnū tussim fugat abstinet aluū
Vocalis uenie bene reumatismata sicat
Eiusdem teneris opium factum capitellis
Sicut iam docui roseo miscebis oliuo
Vnge caput mistis sedabitur his dolor omnis
Et solet hoc unguē sompni præstare quietē
Prædictis adiunge:crocim redolentia fila
Auris curabis hoc infudendo dolorem
Hoc quoq; femineo cū lacte crocoq; subacto
Vngento calidam poteris sedare podagram
Ano suppositū solet hoc adducere sompnū
Illud idem solo præstare putatur odore.

De uiolis.

Ec roseus superare decor nec lilia possūt
Flagrantes uiolas specie nec ui nec odore
Humida uis illis & dicitur frigida primo
Esse gradu.species tres esse leguntur earum
Noscere quas tantū diuerso flore ualemus.

Nam ſunt purpurei flores albiq; nigriq;
Cunctis pone pares ſunt in medicamine uires
Inflamata iuuãt loca tritas ſi ſuperaddas
Crapula diſcutitur bibitis capitiſq; grauedo
Olphatu ſolo uel ſi caput inde corones
Angiuis potans medicatur limfaq; ſoluens
Purpureã uiolam dicunt curare caducos
Præcipue pueros ſi miſto ſumitur amne
Radices uiole cũ mirra tunde crocoq;
Hoc inflamatis oculis apponito nocte,
Contritis foliis uiole cum melle perungues
Vlcera ſanabit capitis ſi iungis acetum
Si cathaplaſma facis ſanabis uulneraq; uis
Illius curat elixatura tumorem
Matricis tepida ſi ſepe fouebitur illa
Ani ſiſuras quas appellant ragadias
Addita cerotis medicatur ſepe perunctis
Poſtula ſi fuerit melli ſuperadde iugatam
Illius ſemen cum uino menſtrua purgat
Trite cum miſto radices eius aceto
Splen ſicant bibite & ſpleni ſi ſuperaddas
Hocq; modo calidã dicunt ſedare podagrã
A ſtomacho coloram rubeã potata repellit
Herba uirens uiole uel flos ſucusue recensue

Morbos de collora rubea uel ſanguine factos
Mollibus in coſtis aut in pulmonibꝰ ipſis
Sedat ſi miſto potabitur amne recenti
Infantum tuſſim ſic & ſuſpiria ſedat
Ex uiolis oleum ſicut de flore roſaꝝ
Conficiunt multis quod dicunt utile caīs
Auribus infuſū ſonitum fugat atq; dolorē
Et capiti prodeſt quocūq; dolore laboret
Leuiter infrigidās corpuſq; ſopore reſoluens
Lumbricos necat infuſū bibitum ue uel unctū
Et capitis furfur oleo depellitur iſto
Os capitis ictu fuerit ſi forte plicatum
In tantū ut lingue patiens amiſerit uſum
Fac prius hunc uiolā cum uino ſumere tritam
Poſtea ſi fuerit capitis pars dextera leſa
Contritā plante pedis hanc ānecte ſiniſtri
Atq; e conuerſo facies ſi leua plicata eſt
Os reſcilit lingueq; die redit uſus eadem
Vt iuſtus tradit medicus qui talia ſcripſit
Altera uis uiole fertur mirabilis eſſe
Albe ſi uiole radix teneatur in ore
Et tranſgultitꝰ ſic ſucus ſepius eius
Vulneris in modicū tradunt mox ſiſtere fluxū
Hunc liquiritie tradit uim plinius eſſe

De altea.i.maluauiscus.

Lteam malue speciē nullus negat esse
Alteamq; uocant illam q crescat in altū
Hanc ipsam dicunt eius cū quod quasi uisco
Illius radix contrita madere uidetur
A multisq; solet agrestis malua uocari
In mulsa coctus flos eius uulnera purgat
Vel si cū uino tritum florem superaddas
Spargere sic scrophas anūq; iuuare dolentē
Dicitur hocq; modo cōquassatis medicatur
Elixata prius radix adipiq; terendo
Addita porcino trebentineq; tumorem
Matricis curat reliquos quæ iuuare dolores
Dicitur illius neruos sic ipsa relassat
Rumpit uel spargit sic apostemata dura
Omnes has causas elixatura iuuabit
Si loca morboꝝ foueantur sepe tepenti
A dissintericis radicis coctio sumpta
Cum uino fluxum stringens compescit eoꝝ
Expellit tardas hæc coctio sumpta sedeas
Et prodest emotoicis lapidemq; repellit
Vesiceq; solet uariis succurrere morbis
Acri cum uino contritum semen oliuo
Iungito deformes maculas hoc ungine pelles

Cum pusca potata potest obstare uenenis
Elixata prius cum melleq; trita replebit
Vulneraq; caua sunt si sit superaddita sepe
Sic quoq; duritias tollit lenitq; rigores
Decoctis oleo foliis factum cathaplasma
Quos uis pestiferos morsus combustaq; curat.

De ysopo.

St ysopum sicum calidũ quoq; terti⁹ illi
Est in utroq; gradus eius decoctio facta
Sic ut cocta simul sint mel ficus quoq; sica
Prodest non modicum tussim patientib⁹ hausta
Subuenit & uoci rauce uersata palato
Et prodest cunctis pulmonũ sumpta querelis
Lumbricos uentris eadem potata repellit
In pectus capitis si distillatio fiat
Quæ persepe solet tussim ptisimq; creare
Prodest hæc eadem decoctio sumpta frequẽter
Omnibus his prodest puluis cũ melle iugatus
Contrito uiridi si iungitur oximel illi
Sicq; datur bibitum: stipatam molliet aluũ
Cum uncto nocuo uiscosũ flegma repellens
Cardama si iungas his solues fortius aluũ
Potio si uiridis uel sici sepe bibatur
Vultibus eximiũ fertur præstare colorem.

Cum nitro & ficu sica si conteris ipsum
Et super apponas spleni cathaplasma tumenti
Ydropicis ue solet siccando repellere morbū
Cum uino bibitū præcordia tensa relassat
Et quicūq; nocet tumor interiora recedit
In quo decoquitur si dens foueatur aceto
Fertur ab immodico cito sepe dolore leuari
Accense fumo sonitus compescit᷑ auris
Elixum appositum liuores liberat omnes
Sic iuuat ictericos iniectus naribus idem
Auriculeq; grauē dicunt curare dolorem
Hunc mistū roseo si fundis intus oliuo.

De paritella.i.lapatium.

Erba solet lapaci uulgo paritella uocari
Illius species dicuntur quatuor esse
Par tamen est ferme uis omnibus in medicina
Omnibus est illis feruens austeraq; uirtus
Vnde quidē stomachū confortat sūpta soletq;
In stomacho clausum per ructus pellere uentū
Sumptaq; sic olus fertur restringere uentrē
Pruritus mordax scabiesq; cutis laceratis
Illius tepido cedunt appozimate facto
In uino cocte radices & bene tricte
Apposite scrophas compescūt parocidasq;

Eius ſepe tepens ſi coctio gargarizetur
Vuas ſedabit tumidas dentiſq; dolorem
Hæc diſſintericos potu iuuat & ciliarcos
Pellitur hac tepida dolor auris ſi foueatur
Decoctas ualido radices eius aceto
Et tritas ſpleni ſuperaddito ſepe tumenti
Queuis nō modicū reprimet ſiccando tumorē
Cum uino uel aqua radicū coctio facta
Mēſtrua reſtringit potu lapideſq; repellit
Hæc eadem iuuat ictericos ſuſpenſaq; collo
Illius radix ſcrophas naſci prohibebit.

De lolio.

Rumētis nocuā loliū græcus uocat herbā
Quā noſtri dicunt uulgari more nigellā
Cancros emundat paſcentia uulnera curat
Cum raphano modicoq; ſalis ſupaddita trita.
Zeruas & lepras cura compeſcit eadem.
Sulfure cū uino purgamentiſq; columbe
Admiſce lolium ſemen quod lilia prebent
His iūgas hæc cocta mero ſupaddita ſcrophis
Sic ſcrophas ſpargit ſic apoſtemata rumpit
Duritiaſq; alias emoliet hoc cathaplaſma
Mulſa decoctū cum miſto thure crocoq;
Apponas coxæ ſciaſis quam uexat iniquum.

Parturiens mulier si se suffumiget illa
Asseritur citius uentris deponere pondus.

De cicuta.

Rigida letifere uis est natura cicute
Vnde necat gelidi potantes more ueneni
Qui perit hac herba cutis eius fit maculosa
Vnde gen⁹ mortis ualet hoc per signa probari
Publica pena reis hæc esse solebat athenis
Hac sumpta magnus socrates fuit examinatus
Qualiter hoc fiat non est modo dicere nostꝝ
Cum nil quod noceat sed ꝙ iuuet ē referendū
Hac sumpta si quis morti sit proximus herba
Forte merū tepidum bibat euadetq; periclū
Sed quāuis potu solet hæc assumpta nocere
Magnificé tamen apposita solet illa iuuare
Estimas mire iuuat epiforas oculorum
Si frons contritis foliis sit operta uirentis
Vel si sint eius circunlita lumina suco
Hac quoq; pellentur sacer ignis & erpeta cura
Tradit anasilaus si suco sepius eius
Virgo linat māmas sibi cum turgescere primū
Incipient modicas semper stantesq; manere
Lac contrita uirens māmis superaddita sicat
Estinguit uenerē fluxum quoq; sanguinis oēm

Si pectus trita cathaplasmes sepius illa
Argenti spume cōmiscens hanc adipiq;
Appōas calide hoc cataplasma salubre podagre
Et per se tali multū prodesse probaui
Singula cur memorē nocuum quēcunq; calorē
Apposita trita poteris curare cicuta.

De serpillio cerpillo idem.

Erpillū ueteres dixerunt qđ quasi serpat
Terre uicinus huic feruida sicaq; uis est
Acri cū uino coctum contundis oliuo
Cui rosa dat nomē hoc unguine perline frontē
Egroti capitis solet hoc sedare dolorem
Nidor combusti serpentes effugat omnes
Et quod uis animal infundens ore uenenū
Hoc iō miscere cibis messoribus est mos
Vt si forte sopor pressos depresserit illos
Vermibus a nocuis tuti requiescere possint
Pestiferos morsus bibitum iuuat appositū ue
Prouocat urinas compescit tormina uentris
Splen iuuat admisto si sepe bibatur aceto.
Semel prædictis iungatur sputa cruenta
Lactantes mire potus solet ille iuuare
Austum cum uino iecoris sedare dolorē
Dicitur. hicq; solet producere menstrua potus.

De centaurea.

Entaures species sunt maior & minorq;
Vt suprascriptis dixi de pluribus herbis
Sed quia perpaucis species & cognita maior
Hanc prætermittens uires narrabo minoris
Quam notā cunctis credo uulgarib⁹ ipsis
Desiccatiue uirtutis dicitur esse
Non modicū plagas conglutinat inde recentes
Atq; sicatrices ueteres superaddita ducit
Illi qui syasim patitur decoctio mirre
Prodest illius si sit subiecta per anum
Sanguine detracto sedat mox illa dolorē
Fomento neruis eadem medicabitur egris
Illius sucus deducit menstrua sumptus
Pellit abortiuū medicamina cuncta maligna
Cum uino sumpta dicunt purgare per aluū
Melle sibi iuncto caligine lumine purgat
Illius exprimitur autumni tempore sucus
Quē desiccatum feruenti sole reponuut
Ad rerum curam quā diximus ante salubrē.

De calamandrea.

Amedeos græceq; calamandra latine
Dicitur. hanc herbā calidā sicamq; fatent
Tertio est utroq; gradu depellit abortum

Si mista potetur aqua tussiq; medetur
Cóquassata iuuat si mista potatur aceto
Splen iuuat & purgat cũ uino menstrua sũpta
Idropicis in principio sic sumpta medetur
Sic quoq; pestiferis occurrit morsibus illa
Cunctis prædictis prodest superaddita trita
Sordes purgabit uulnus licet inueteratũ
Si cũ melle teras & tritũ desuper addas
Camedreos oculi cum suco & melle perũcti
Dicuntur clari demp ta caligine reddi
Si tritã misces oleo corpusq; per ungas
Pellit frigorem reuocabit & ipsa calorẽ.

De tribus generib? aristologie.

Ristologie species tres nouimus esse
Longa prior radix est cui? longa uocatur
Dicta rotunda sequens quod sit radice r tũda
Tertia clematis græco sermone uocatur
Viribus hæc pene par dicitur esse rotunde
Omnes uim calidã sicamq; leguntur habere
In primo uis sica gradu feruensq; secundo est
Pestiferos morsus cũ uino sumpta rotunda
Curat & assumptis prodest sic hausta uenenis
Hocq; modo tardas educit sumpta sederas
Cũ pipere & mirra putredine mundat ab omni

Post partum potata steras uel subdita tantū
Asmaticis prodest & frigora sumpta repellit
Pleureticos curat misto si sumitur amne
Quodlibet infisum superaddita trita repellit
Vulnera cū mellis purgat repletq; liquoré
Quod si prædictis irim cōiungis & inde
Vngas gingiuas dentes putredine purgat
Splenis duritié soluit laterisq; dolorem
Si mista potetur aqua febresq; malignas
Hoc potata modo fertur compescere mire
Sic etiam spasmis super oīa subuenit hausta
Et sedat diram sic sepius hausta podagram
Et morbū curare solet sic sumpta caducū
Et uentris nimiū sic mitigat illa doloré
Et fit sic sumpta leuior paraliticus illa
Dem niū fumus depellere dicitur eius
Infantes fumo tradunt hoc exilarari
Fistula curatur huius radicibus herbe
Si bene purgatis eius loca concaua farcis
Singultus sumpta sedari dicitur illa
Omnia longa potest quæ dixi posse rotundá
Longa tamen uires habet illa debiliores
Vnde quidé si defuerit quandoq; rotunda
Par pondus longe ponatur dimidiumq;

Fomento longe prodest decoctio mire
Matricum morbis: humores extenuando
Pingues & purgat eadem si sumitur illa
Plinius hanc formare mares cū carne bouina
Appositam uulue postq̄ conceperit inquit.
Trita necat pisces admista calce rotunda
Hanc iō quidam terre dixere uenenum.

De camomilla.

Ntemin magnis cōmēdat laudib⁊ auctor
Asclepias q̄ nos camimolā uel camomillā
Dicim⁊ hæc multū redolens est & breuis herba
Herbe tam similis quā iusto nomīe uulgus
Dicit amaristā quod feteat & sit amara
Et collata sibi uis dicernatur odore
Autores dicunt species tres illius esse
Quas solo florum distingui posse colore
Traditum est cunctis medius flos aureus illis
Sed foliis uariis flos circuncingit̄ ille
Albi uel nigri sunt purpureiue coloris
Dicitur anterius proprie cuius foliorum
Purpureus color est maiorq; & fortior hæc est
Et leucant hemenon foliis deprenditur albis
Melinis crisanthemon uis omnibus illis
Sica calensq; gradu primo conceditur esse

Prouocat urinam cũ uino quolibet hausta
Vesice frangit lapides & menstrua purgat
Si foueatur aqua matrix qua cocta sit herba
Aut si cum uino potetur sepius illa
Tormina sic sedat stomachiq; inflatio potu
Pellitur ex tali squamas de uultibus aufert
Si tritam apponas solam melliue iugatã
Ictericis prodest eius decoctio sumpta
Et mire iecoris medicatur sumpta querelis
Pellere cũ uino potata refertur abortum
Hac oleo cocta foueas si febricitantẽ
Frigus depelles febrem quoq; sepe fugabis
Vnguine purgant̃ ipocundria turgida tali
Pestiferos morsus serpentũ pondere dragme
Cũ uino prohibet aut emis sumpta nocere
Plinius affirmat hanc quadraginta diebus
Vnaquaq; die bis sumpta pondere dragme
Cum geminis ciatis uim subtilis & albi
Cũ lotio sensim totũ purgare lienem.
Egilopas curat si quis cõmasticet illam
Et sic apponas sic sordida ulcera purgat
Et molire caput febris feruore grauatũ
Sepe solet uel collectis humoribus in se
Vlcera producit uocat exanthimata græcus

Hæc decocta uirens oleo camomilla repellit
Quod si defuerit uiridis maceret᷉ aceto
Et caput ĩde lauet nullũ magis adiuuat unguẽ.

De ligustica alias ligustrio uel ligustria.

Ligu℞ patria sumpsisse ligustica nomen
Copia quod maior ibi nascitur illi⁹ herbe
Tertius huic gradus est sici calidiq; uigoris
Maior radicis uis est & seminis eius
Et par est illis uis in medicamine quouis
Inflato stomacho cũ uino sumpta medetur
Et tali potu uis digestiua iuuatur
Omnibus & morbis sic prosunt interio℞
Vrinã sic sumpta mouent & menstrua purgãt
Pota uenenatis occurrit morsibus herba
Si bibitur bene trita prius uinoq; soluta
Et pars contrite ponatur desuper herbe
Non modicũ colicis hæc ꝓdest mãsa uel hausta
Vel si radicis elixatura bibatur
Nec solũ colicis decocta subuenit ista
Sed supradictis medicabit᷉ omnibus hausta
Digestibilib⁹ semen bene iungitur eius
Omnibus antidotis quod est tibi pestica uirt⁹
Pestica uis quib⁹ est hæc est quia digerit escas
Hanc oculis strabis potuq; & odore nociuã

Asserit antidotis eius tantũmodo semen
Misceri iussit hoc utrum dixerit a se
Aut a doctorꝝ libris non est mihi notum
Hoc scio quod ueteres non paruis laudibus istã
Illum qui strabi sermonibꝰ astipuletur.

De accidula.

Dicimus accidulam q̃ græcus dicit aizon
Sic dici credunt sapor illi quod sit aceti
Crescit arenosis in pratis & secus amnis
Hanc auide quidã comedunt in tempore ueris
Expertũq; ferunt sibi quod fastidia tollat
Virtus inest illi siccans & frigida ualde
Tertius a medicis datus est gradꝰ huic ĩ utroq;
Hãc fugit appoĩta sacer igĩs & herpeta mordas
Et tumor ex oculis trite cathaplasmate cedit
Vlcera quæ serpunt cohibet combustaq; curat
Et multũ calide dicunt prodesse podagre
Si fuerit foliis illius operta uirentis
Aut cathaplasmetꝰ mista contrita polenta
Eius cum roseo sucus cõmistus oliuo
Dicitur antiquo capitis prodesse dolori
Qui dolor est lingua dictus cephalargia græca
Omne genus fluxus uentris restringere mire
Cũ uino potata solet uel mansa frequenter

Hocq; modo nimiū manantia mēstrua sicat
Vel si matrici tritam uiridē superaddas
Sic quoq; lumbricos pellit potata rotundos
Taliter & cunctis obstat potata uenenis
Exilerat uisus illius sucus inunctos.
Affirmant istam qui secum gesserit herbā
Quod non mordebit letali hūc scorpius ictu
Auribus expressus si sucus funditur eius
Adiuuat auditū mire pellitq; dolorem
Est emoptoycis hæc sepe comesta salubris.

De structione alias struction ostrictiū.

Tructiō aut structiū q̄ uulgi more uocat̄
Vim calidam sicāq; tenet radix fugat ei⁹
Cū uino morbos iecoris si trita bibatur.
Ycterīcos sic sumpta iuuat splenisq; tumorē
Du℞ quem græci sclirosim dixere repellit
Hocq; modo lapides uesice frangere dicunt
Menstrua sic lotiūq; mouet tussiq; medetur
Sic emoptoycis prodest si sepe bibatur
Subdita matrici depellere fertur abortū
Et sic tarda nimis educere mēstrua dicunt
Acri cū uino si iungitur atq; polenta
Illius sucus lepras emundat inunctas
Hoc etiam suco iuncto cū poline quā dant

Ordea curatur ut dicitur puſtulla queuis
Si ſuper addideris emplaſtri more dolori
Illius ſucus cū melle terendo iugatus
Humores capitis purgat ſi nare trahatur
Sternutamentū ueretro non ſegnius albo
Naribus iniectus per ſe puluis mouet eius
Ycthericis mire ſucus medicabitur eius
Hunc ſi nare trahant miſtū lacte muliebri.

De bugloſa ideſt lingua bouis.

Ingua bouis græco ſermōe bugloſa uocat᷑
Hæc colorā rubeā nimio feruore peruſtā
Purgat cū uino fuerit ſi ſumpta frequenter
Cardiacū colere quem fecit copia nigræ
Et ſimili potata modo curare ualebit
Humores nocuos pulmonū detrahit hauſta
Mixtus aque tepide ſucus ſi ſumitur eius
Illum qui patitur ſyaſim mire medicatur.
Vim memorē cerebri dicunt ſeruare periti
Vinū potatum quod ſit macerata bugloſa
Letos conuiuas decoctio dicitur eius
Reddere ſi fuerit inter conuiuia ſparſa
Confirmāt partum medici pluresq; poete
Non modice māſam uenerē ſtimulare medet᷑
Eſt cum latucis hæc herba comeſta ſalubris



Namq; calor dat temperiẽ cum frigore mistus

De origano.

Rigani uires calide siceq; leguntur
Tertius huic in utroq; grad⁹ conceditᷣ esse
Illius in uino curat decoctio sumpta
Quosuis pestiferos morsus si sepe bibatur
Cum mulsa sumpta prodest aconita bibenti
Sic multis aliis dicunt obstare uenenis
Conquassata iuuat mansũ uel sepius hausta
Ydropicos reprimit bibitum sicatq; tumores
Cum mulsa bibitũ coloram depellere nigrã
Dicitur ex fabi fuerit si pondere sumpta
Mẽstrua deducit bibitum uel si superaddas
Tritum uel cocta mulier si se fouet herba
Illius puluis tussim cũ melle repellit
Pruritus acoras maculas q; cutis fugat omnes
In quo decoquitur si sepius amne lauentur
In lauacro iuuat yctericos hæc coctio sumpta
Sucus prædictæ uiridis si sumitur herbæ
Vuas & fauces curat siccando tumentes
Oreis uulneribus medicabitur ore recenter
Naribus infusus hyrino mistus oliuo
Inuisum capitis coget manare cruorem
Auribus infusus sedat cum lacte dolorem

Hic sucus mistus cepis
Ponitur ad solem tunc quando syrius ardet
Sicq; quaterdenis feruebit in aere diebus
Si supponat lecto confectio talis
Effugat ut dicunt animalia cuncta nociua
His quibus ex aliquo uitio digestio tarda
Euenit ex uino prodest si sumitur albo
Cũ calida morsus stomachi lenire probatũ est
Illius sucos oleo mistos & aceto
Succida lana bibat & sic superaddita mẽbris
Luxatis uel contusis multũ iuuat illa
Prouocat urinã lumbricos reiicit haustũ
Dente diu tritum solet ille fugare dolorẽ
Omnia potatus sucus iuuat interiora.
Eius cũ suco si carita trita bibatur
Sudores poris producere fertur apertis
Appositus coxis sucus cũ poline farris
Harum sepe grauẽ pellit reprimitq; dolorẽ.

De marubio.

Arubiũ nostri dixerunt praxion argi
Hanc herbã medici calidã sicamq; secũdo
Dicunt esse gradu decoctio totius herbe
Seminis aut eius ptisicos mire iuuat hausta
Pectoris hæc uarios compescit potio morbos

Et melius prodest illi si iungitur yris
Asmaticos sic sumpta iuuat tussimq; repellit,
Accelerat partus eadem pellitq; sederas
Si mel marubio iungatur uulnera curat
Hocq; modo purgat quæ rodunt ulcera carnẽ
Dicitur hoc bibitũ lateris sedare dolorem
Omnibus his sucus siccatus proderit eius
Illius sucus cũ uino melleue mistus
Prodest luminib? caligine debilitatis
Sic iuuat ycterícos iniectus naribus idem
Auriculeq; grauẽ dicunt curare dolorem.
Hunc mixtũ roseo si fundas intus oliuo
Vsum marubii non dicunt esse salubrẽ
His qui uesice rhenum morboq; laborant.

De yri illirica.

Ri dat florum nomen color ipse suoꝝ
Celestis similes sunt nẽpe colorib? yris
Illiricam dicunt illam quia plurima nasci
Fertur in illiria uis eius sica calensq;
Dicitur: atq; gradũ dant huic in utroq; secũdũ
Maior uis huius est in radicibus herbe
Has desiccandas per frusta rotunda secatas
Sic ut se partes non tangant insere filo
Inq; loco sico sic suspendat' in umbra

Vix aliter totum poteris sicare per annū.
Cum uino sedant tussim præbentq; soporē
Si latitans intus sanies præcordia ledit
Pellitur illarum cū uino pulure sumpto
Cum mulsa bibitus colorā depellit iniquā
Tormina cū misto bibitus sedabit aceto
Hocq; modo sumptis dicunt prodesse uenenis
Spleneticis & contractis & frigore lesis
Cum uino bibitus puluis medicabitur eius
Hocq; modo sumpt⁹ tardantia mēstrua purgat
Duritias stericas radicū coctio mollit
Si subter tepida foueantur sepius illa
Hæc cū clisterio si sit subiecta per annum
Non modicū syasis dicunt prodesse dolori
His de radicibus misto coliria melle
Fiunt quæ uulue pellunt subiecta sederas
Inq; locis hæc fixa cauis siringia curāt
Cum mistus melli desicat uulnera puluis
Carneq; nuda replet si sit superadditus ossa
Pulueris ellebori pars tertia iungitur albi
Yris radicum tenui cum puluere duplo
Puluis uterq; simul comisto melle ligatus
Hoc super appositū purgat lentigene uultum
Et papulas eius istud cathaplasma repellit.

De assaro.

St assarum græce dictum uulgago latine
Hæc calide & sice uirtutis dicitur esse
Tertius est illi gradus dicunt in utroq;
Prouocat urinā potataq; mēstrua purgat
Hocq; modo yecoris medicatur sumpta dolori
Ydropicosq; iuuat syasī fugat hausta frequēter
Et uulue morbis decoctio subuenit eius
Dicitur ycterricum potata repellere morbū
Elleboriq; modo uomitu præcordia purgat
Sed non est eius purgatio tam uiolenta
Nec metuenda quidē si fiat taliter illa
Etatem & uires eius circunspice primū
Quē purgare uoles & tempus quale sit anni
Et si sit regio feruens uel frigida ualde
Aut si temperiē mediā tenet inter utrunq;
Nam senibus puerisq; parū donare licebit
Etatis medie plus his uiuensq; requirunt
Pinguibus & ualidis plus dandū q̄ macilentis
Debilibusq; uiris magis in gelida regione
Dandum quā calida duris quocūq; labore
Plus illis tribues quos reddunt otia molles
Hoc circūspiciens & cetera talia tractans
Non solū tut⁹ dabis hanc sed quaslibet herbas

Quæ purgāt uomitu uētrē stomacūq; resoluūt
Sed quia de cunctis dixi cōmuniter herbis
Quo sit danda modo proprie uulgago docebo
De foliis eius triginta recentia tollens
Adde meri tantū quo possint cuncta recondi
Tota nocte mero facias maceretur in illo
Mane terens uino quo sint macerata resolue
Tunc olus excoctū cū pingui carne recenti
Porcina prius egroto da sufficienter
Et sumat uini quantū uult fortis & albi
Sic assari sucum collatum trade bibendū
Fortibus & magnis est hic numerus folioꝝ
Sufficiens reliquis ut dixim⁹ est muniendū
Iuxtaq; quod uires etas & tempora poscūt.

De cipero.

Iperum medici sicū calidūq; secundo
Dicūt esse gradu potu depellitur eius
Galtullus urinā purgat lassatq; meatus
Dicit apollodorus quod pellere possit abortum
Si mulier foueatur aqua qua coqueris illū
Asserit hic idem cōsumere posse lienem
Illius fumus si sepius ore trahatur
Si se sanus homo fumo se fumiget illo
Dicit eum fieri firmū magis & leuiorem

Subuenit alaqꝫ uitiis admistus oliuo
Sucus. sic uitiū fugat inter trigine uentū
Humores nimios desiccat sepius haustum
Illius solus puluis cū melle iugatus
Vulcera mirifica uel uulnera putrida purgat
Præcipue puluis hic ulceribus ualet oris
Si bibitur stomachū confortat debilitatū
Ydropicis multū succurrit sepius haustū
Atqꝫ per urinas humores purgat aquosos
Contrito ualidū cipero si iungis acetum
Vlcera quæ serpunt cohibes medicamine tali.

De semperuiua.

Ltera uero minor species est istius herbe
Quā sempreuiuā dicunt quoniā uiret ōī
Tempore barbaionis uulgari more uocatur
Esse refert similē prædicte plinius isti
Non minus hanc cūctis prædictis posse iuuari
Mane solent adeo palpebre gultine semper
Fleumatis adstringi ualeant & uix aperiri
Has herbe sucus mire disglutinat huius
Illo si tacte fuerint digitoue peruncte.

De portulaca.

Ndragnis græce quæ portulaca latine
Dicitur hæc uulgi per pulli more uocat̃

Humida uis eius & frigida dicitur esse
Tertius humori frigidior uero secũdus
Inde iuuat febrem quã dicit græcia causon
Trita super stomachũ uiridis si ponitur herba
Non modicũ sedat stomacho superaddita trita
Prestat idem sucus si sumitr herbaq; mansa
Hæc accepta solet ut olus lenire calorem
Mansa uel hausta solet nimiũ restrĩgere fluxũ
Sanguinis & uentris nocuũ cohibere fluorem
Esse uetat dentes illius contrita stupentes
Et tumidis oculis prodest superaddita trita.
Feruorẽ solis estate comesta nocere
Non sinit & uentrẽ cum uino & cũ sale mollit
Vesiceq; solet cõmesta sedare dolores
Est emoptoycis hæc herba comesta salubris
Accidule similes huic pene per omnia uires
Effectusq; pares testatur plinius esse.

De ysati.i.ienciana aluta idem.

Satis a græcis ẽ uulgo gaido uocatus
Nõ modicũ questũ præbẽs tĩctorib9 herba
De foliis eius trictis factũ cathaplasma
Vulnera magna licet cõglutinat atq; cruorem
Illoꝝ sistit reprimit quoscũq; tumores
Si cũ melle teris hanc sordida uulnera purgat

Emendat maculas & sacro subuenit igni
Oui si iungas albumē & superaddas.

De elleboro.

Lleboꝝ gemīas species testantur habere
Album qui sursū purgat nigrūq; deorsū
Vim sicam calidāq; tenent & tertius illis
Est in utroq; gradus nigro uiolenti⁹ album
Dicitur unde prius dicam de uiribus eius
Suppositū quecūq; modo depellit abortum
Naribus atractus sternutamēta mouebit
Illius puluis capitis pellentia morbos
Miscetur confecturis quæ lumina purgant
Et multū prodesse ferunt uitiis oculoꝝ
Pluribus admistus mures puluis necat eius
Et cū lacte datus est muscis pernitiosus
Dicunt per uomitū uarios educere sumptū
Humores ueteres quæ ferūt sic pellere morbos
Purgatur tali uomitu uertigo uetusta
In sanis melācolicis ualet atq; caducis.
Sepeq; curatur sumpto lyphaticus isto
Ydropicis in principio mire medicatur
Emundat lepram tethanū frigat atq; podagrā
Confirmat tepidos redeuntia termina curat
Diuersis stomachi uitiis siasiq; medetur

Et tussi ueteri febribus super omnia prodest
Quartanis annis iam pluribus inueteratis
Ingenti cura sumptuque plinius ipsum
Amonet ut septem se præparet ante diebus
Humectisque cibis corpus bene temperet omne
Nec sero cenet qui debet sumere mane
Et quando sumet iubet explorare serenam
Et calidã claramque diem uentisque carentem
Obseruare quidẽ curam si spreuerit istam
Passurum nimios affirmat eum cruciatus
Elleborumque iubet in pultibus antea coctum
Aut in lente dari sic dicit non nociturum
Hocque dari prohibet senibus puerisque tenellis
Mollibus & timidis animique uiris muliebris
Et macris nimiũ dicit non accipiẽdum
In suco ptyspane uel mulsa paneue coctum
Sumere præcipiunt alii sic utile dicunt
Fillon compositũ dicitur scripsisse libellum
Qualiter elleborum sit nobis accipiendum
Inque suis ypocras amphorismis istius herbe
Solius meminit quam nouerat utiliorem
Plures scripserunt huius de uiribus herbe
Et quo sit sumẽda modo docuere quibusque
Non tamen inueni per plurima scripta reuoluẽs

Vllũ qui certũ pondus donare iuberet
Illius dixisse satis se credo putabant
Cum iusta uires etates tempora dandum
Iussissent mihi uero satis non esse uidetur
Tutum rem subitũ quæ confert sepe periclum
Cõmendare dari cuiquã sine pondere certo
Plinius ut scripsit temison donare solebat
Ellebori dragmas geminas tribuisse sequentes
Bis binas etiam confirmat non tamen ipse
Pondere quo iubeat sumi statuisse uidetur
Cum tamen ellebori nigri iubeat dare dragmã
Quatuor aut scrupulos mihi significare uidet᷑
Albi dimidiũ pondus tantũmodo dandum
Quod longe nigro uiolentius esse uidetur.

De elleboro nigro.

Lleboꝝ nigrũ non adeo tam uiolentũ
Nec formidandũ quantũ qđ dixim⁹ albũ
Hoc quoq; præcipiũt ueteres in lente coquẽdũ
Aut in uiscellis sic insanis medicari
Assumptũ dicunt & sic prodesse podagre
Ydropicis mota febre dicitur auxiliari
Miram sentit opem sumpto paraliticus illo
Et uarios bibitum morbos leuat articuloꝝ
Et ducit coloras uarias & flegma per aluum

Elixature potu caligo fugatur
Duritiās factum positum super cathaplasma
Conquoquit & purgat uacuatq; siringia collo
Infixus modicus radicis surcullus eius
Postq; dies geminos sic surcullus ille remotus
Ordea quā dederint contrito iunge farinā
Ydropici tumor appositis siccabitur istis
Menstrua suppositū purgat depellit abortū
Auditū redit si surdis auribus illud
Imponas & post biduū triduumue repellas
Appositum tollit maculas eius cathaplasma
Emundat lepras scabies quascūq; repellit
Ore diu tentum quo coxeris illud acetum.
Dentis non modicū dicunt sedare dolorem
Ellebori nigri præcepit plinius unam
Donari dragmā leuiter sic promouet aluū
Plusquā bis binos obollos uetat accipiendos.

De stringo.

Erbam quā græci stringū dixere latini
Maureolā dicunt: uis eius frigida ualde.
Dicitur auricule mire sedare dolorem.
Illius sucus si senium fundstur intus
Egillopis stringim dicūt cathaplasma mederi
Istud idem credunt capitis prodesse dolori

Vna cũ stringo si sal panisq; teratur
Parotidas reprimet cathaplasmatis adita more
Stringi prurigo depellitur illita suco
Sucus suppositus fluxũ stringit muliebrẽ
Contritis foliis eius coniunge polentã
His sup appositis sacer igĩs & herpeta mordax
Dicitur expelli si uero iunxeris istis
Argenti spumã cerusam oleumq; rosatũ
Fortius & melius prædictũ fit medicamen.

De iusquiamo.

Vsquiamũ græci quam nostri caniculatã
Dicũt huic herbe uirtus est frigida ualde
Tres habet hæc species semẽ profert prior albũ
Altera subruffum producit tertia nigꝝ
Nobilior reliquis est semen quæ gerit albũ
Pro quo si desit mos est apponere ruffum
Nigrum uero frequẽs medicoꝝ respuit usus
Iusquiami foleis contritis adde polentã
Hoc adhibẽdo potes quos uis euitare tumores
Sic mire calidam poteris curare podagrã
Auribus infusus uermes sucus necat eius
Illarumq; solet uarios lenire dolores
Ore diu tepidum si cõtineatur acetum
Quo sint decocte radices illius herbe

Dicitur in modicũ dentis placare dolorem
Expressus sucus contriti seminis eius
Viscosũ calidũq; potest compescere reuma
Si fuerint oculi patientis sepe perunctí
Seminis illius obolus cũ semine mistus
Miconis pariter cũ mulsa sumitur illis
Vtiliter fluxum matricis quæ patiuntur
Et dicunt emoptoycis sic posse mederi
Vel quocunq; modo sanguis iactetur ab ore
Dicitur hic potus medicari sepius haustus
Cum uino tritũ semen cathaplasmaq; factum
Mammas & testes dicunt curare tumentes
Emplastris multis apponitur antidotisq;
Infert sicut olus hæc herba comesta maniá
Prestet idem sucus in quo uis uulnere fusus.

De malua.

Ixerunt maluá ueteres quod molliat aluũ
Esse cathostomachá sest⁹ magis asserit illá
Atq; diascorides tamen interioribus ambo
Sumptá sicut olus multũ prodesse fatentur
Et sic uesice illam dicunt medicari
Sicq; uenenosis occurrere potibus illam
Hi quoq; confirmát malue foliis salicisq;
Ex equo tritis citius meliusq; cruentum

Sanari uulnus emplastris quā̃ pretiosis
Tradunt auctores ipsi quod malua potetur
Conquassata iuuet adipi commista uetusto
Vnius caulis radix admota dolori
Dentis sedat cū uenerem stimulare refert
Hæc eadem femori se lino adnexa geratur
In lana nigra tectam si gesserit illam
Femina mammaꝝ dicunt occurrere morbis
Scripsit abortiuā tebana olimpias illam
Si resolutus adeps miscebitur anseris illi
Et sic subdatur ueluti pessaria uulue
Contritis foliis illius cū sale pauco
Egillopas pelles sucoq; medeberis eius
Puncturis appium cui coniungis oliuum
Corpus & inde linas apum tibi nulla nocebit
Decoctam lotio capiti superaddita maluā
Sic turpes acoras pelles furfurq; nociuū
Decoctis eius foliis si iungis oliuum
Extingues ignē sacrum cathaplasmate tali
Et combusturis illud bene conuenit ignis
Duritias stericas eius decoctio mollit
Intestinoꝝ causis matricis & ani
Hæc eadem mire prodest si subditur illis

De antidoto castoreo.

Vnc quicũq; cupis eius depellere morbũ
Protinus antidotũ studio tu perfice mix;
Scilicet ut ualeas languẽti ferre medelã
Castorei siliquas bis sex perquirere cura
Atq; tribus digitis limphã metiaris interq;
Deniq; tu cupias fialã quæ iustior estat
Aut equidẽ facias sed primas subite solers
Proderit & multũ tepidũ potantibus illud
Ori ieiuno citius præbere mẽmẽto
Cũq; secunda dies morbus successerit huius
Non alui tanto cures opponere morbo
Atq; duos semidigitos donare memento
Admistũ tepidum potabit languidus ipse
Gratior atq; dies cũ tertius aderet imo
Rursus in egrotũ constanter fer medicamẽ
Castoreas siliquas tunc semis ponderis equa
Castoreas tertres siliquas appẽdito tantum
Illic & binos digitos metiri memento
Admistũ tepidum patiens assumere cura
Quartus & ille dies consentit iure priori
Quintus & est similis præcellẽs nãq; secundo
Sestus idem patitur concordat deniq; trino
Septimus usq; nouẽ percurrit ordine primo
Sic currens demũ conscendens ad duodenũ

De pipere.

Armie iā dictis aliquod uulgarib⁹ herbis
Nū spēs illas quas cūctis iā prope notas
Vsus medendi fecit temptabo referre
Atq; prius piperis quod notius ipsa coquina
Quā medicina facit uires puto discutiendas
Virtutis sice piper asseritur calideq;
Tertius esse gradus huic conceditur in utroq;
Tres sunt huic species albū longūq; nigrūq;
Sed quia sūt gemine medicis tantūmodo note
De specie nigra dicā quedā mihi nota
Crudum uel coctū sumptū uel melle iugatū
Vim digestiuā stomachi iecorisq; iuuabit:
Morsus pestiferos curat fastidia tollit;
Occurrit uariis toracis sepe querelis
Quæq; mouere solet frigus pariodica febris
Compescit febrem si sumit̃ ante tremorē
Cum lauri bacis uel cū foleis bene tritis
Cūq; mero tepida potatum tormina sedat
Et scrophas reprimit admistū cū pice dura
Et super appositū recte quoq; iungitur illi
Quæ purgare solent oculos caligine dira
Admistū nitro maculas cathaplasmate delet
Stercoris humani usti cū puluere tritum

Ana iunge piper & sic superaddito cancris
Expecti nihil utilius hoc puluere dicunt
Nemo potest omnes piperis descubere uires
Namq; piper ferme medicamia plura requirit
Antidotisq; solet pretiosis pluribus addi
Hinc puto tã paucas laudes de simplice dictas
Quodq; sit ĩnumeris hoc dignũ laude medelis

De piretro.

St piretrꝝ calidũ sucũ quoq; quart? ĩ istis
Est grad? excutiat dẽtes si frigid? humor
Masticet hæc patiens teneatq; diutius ore
Et iuuat admisto si gargarizetur aceto
Hocq; modo tumidã reprimit defluere linguã
Sic uuam releuat humoris pondere pressam
Et multis aliis uitiis sic subuenit horis
Non modicũ prodest sumptũ cũ melle caducis
Sicq; leuare solet morbũ quod mẽbra resoluit
Suspensũ collo pueris prodesse caducis
Dicitur & solo succurre fertur odore
Ex oleo quo decoquitur si corpus inungas
Ante febris motũ tollet minuetq; rigorem
Rhenum sepe grauẽ fugat ungendo dolorẽ
Miram sentit opem paraliticus inde perunctus
Non leuiter manibus fuerit si sepe fricatus

Vnguine si totum corpus mulcebitur isto.
Largus per poros sudor procedet apertos
Membrorum solet hoc quēuis curare stuporē
Et corpus seruare potest a frigore tutum
Et medicamēto soluetur tethanus isto
Tantūdem prodest si tritū sumus oliuo
Sicq; fricādo locū quēuis medicando perūgas.

De cimino.

Sse putāt medici calidū sicumq; ciminū
Tertius est illi gradus in uirtutibus istis
Assumptū quocūq; modo depellere tradunt
Viscera uesantem uentū stomachūq; grauantē
Et digestiuū stomachi iecorisq; calorem
Excitat & ueneris credunt inhibere furorē
Et fluxū uentris in aceto stringere coctum
Hoc orthopnoicis miram præstare medelā
Experti dicunt cū pusca sepius haustum
Atq; uenenosis cum uino morsibus ipsum
Præbet opem tritum fabe cū poline iuncto
Melle repente solet testes curare tumentes
Appositum si sit cum pusca menstrua sumptū
Dicunt paulatim mansū sepe dare colorē.

De galengar.

Legmonē stōachi sūptū galenga resoluit

Quod se flegmaticus fuerit corroborat illū
Inclusum uentū sumptū fugat interiorꝝ
Vim digestiuā iuuat colicisq; medetur
Oris non modicū mansum cōmendat odorem
Augmentat sumptū renum uentrisq; dolorē

De zedoar.

Pprime sumptis zedoar obstare uenenis
Affirmāt & reptiliū morsus leuat haustū
Sumptū confortat stomachū ructusq; salubres
Cōmouet & crebro fastidia reprimit usu
Anticum stomachi dicunt curare dolorē
Illud si patiens ieiuno masticet ore
Et sic infectam sensim uoret ore saliuā
Lumbricos uentris depellere dicitur haustū
Allia quæ faciunt fetorem pellit ab ore
Et nimiū bibiti uini depellit odorem.

De garofolo.

Arofolū dicunt calidū sicumq; secundo
Esse gradu iecur & stōachū coroborat haustū
Et ferme cunctis ualet interioribus ipsum
Vim degestiuā mire iuuat abstinet aluum
Accendit uenerē si dragme pondere tritum
Potatū fuerit cum uace lacte recenti
Vim memorē cerebri confortat sepius haustū

De cinamomo.

Inama tres species dicūt̃ habere sed harꝫ
Est pretiosa magis quæ plꝰ subtilis hēt̃
Et quæ plus mordet mista dulcedine linguā
Humores stomachi sicat & coroborat ipsū
Et facit assumptas ut digerat otius escas
Sumptū curat epar lotiūqꝫ & menstrua purgat
Humida tussis eo sedabitur atqꝫ catarus
Ydropicis speciē cui præbent timpana nomen
Sumptū non modicū reprimit rhenūqꝫ dolorē
Reptiliū morsus curat si iungitur illis
Quæ curant oculos humores sicat aquosos
Si bene contritū forti miscetur aceto
Liberat oppositū tetra lentigine uultū
Sicqꝫ iuuat morbū qui ducit ab impete nomen
Grossa magis species fluxus emoroidarꝫ
Stringit aqua gelida bene si contrita bibatur
Tempore quo nundū patiens ieiunia fregit
De specie geminas hæc querit potio dragmas.

De incenso siue thure.

Vs calidū sicumqꝫ gradu dixere secundo
Lumina clarificat lacrimo si soluitur oui
Contritū uel femineo cum lacte tepenti
Acri cū uino tritum pice lacteqꝫ mistis

Vlcera præcipue curare recentia dicunt
Pingui porcino mistũ medicabitur ustis
Admistũ melli panaritias decutit unguis
Thus bene contritũ uinoq; tepente solutũ
Affirmant auri multũ prodesse calenti
Tritum cũ creta cũ oleo sicq; rosato
Permixtũ mãmas dicunt curare tumentes
Nil credunt emoptoycis magis auxiliari
Admisto uino si sumatur uel aceto
Thus cũ lacte terens muliebri si superaddas
Vlceribus fieri quæ sepe uident̃ in ano
Aut alio quocũq; loco medicabitur illis
Huic alloẽ iungens lacrimũq; albuginis oui
Sic ut sit spissum secte superaddito uene
Aut his uulnerib⁹ nimio quæ sanguine manãt
Hæc soluas nisi cũ credas diuisa coisse
Si sit opus medicamẽ idem superadde priori
Donec firmari ualeat solidata cicatrix
Affirmant melius nil sistere posse cruorẽ
Vim memorẽ cerebri solo confortat odore
Origano iunctũ si quis cõmasticet illum
Humores nocuos capitis per sputa repellit
Alleuat ista grauem capitis purgatio linguã
Anseris aut anatis mista pinguedine thuri

Fit cathaplasma ualēs mēbris quæ leserit igīs.

De alloe epatica.

Vnt alloes gemine spēs quæ subrub⁹ēq;
Intus sicut epar confrangit haec epatites
Dicitur & magnas habet in medicamine uires
Vilior est pretio quæ fracta colore uidetur
Flegmate mōdificat stomacū caput articulosq;
Leniter humorē purgando per alua nociuū
Ycterico purgat yecoris iuuat interiora
Vulnus quodq; recens putredine purgat ab ōi
Illius iniectus puluis siccandoq; sanat
Præcipue uentris dicunt & testiculoꝝ
Vlcera curari uel uulnera puluere tali.
Si soluatur aqua iuuat apostema laboꝝ
Etuaris appositū supra nec nō & oculorum
Liuorēq; fugat sic trita lumina factum
Acri cū uino miscens oleoq; rosato
Vnge dolens caput frontēq; mire iuuabit
Vnguine pruritus sedabitur hococuloꝝ
Cum uino bene contritū cathaplasmate factū
Confortat retinetq; pilos quoscunq; cadentes
Lingue gingiuis uitiis quoq; subuenit oris
Si fricentur eo cū uino melleq; trito
Hoc sumptū per se uentrē non soluet acute

Esse tamen stomacho putat uribasius aptũ
Cum ledant illũ soluentia cetera uentré
Illius mulsa geminas assumere dragmas
Idem præcepit coloram sic flegmaq; purgat
Vnaquaq; die post cenam sumere dixit
Vtile tres eius pillulas binasue uirentis
Cũ suco caulis formatas ut faba grossa
Aut ciet humores nocuos cũ stercore purgat
Non corrumpẽdo stomachũ nec inde faciendo
Purgatus pillulis fuerit qui sepius illis.
Puluere purgatus fuerit qui sepius isto
Vix unquam caput hoc uexabitur inde dolore
Et nihil est oculis mihi crede salubrius illis
Si uero uis durum largius soluere aluum
Partibus est geminis pars admiscenda terendo
Vna diagredii sic apta solutio fiet.

De costo.

Osti sũt gemine spẽs grauis una rubẽsq;
Est & amara nimis hæc ĩdica dicitur esse
Altera uero lenis nec amara colore subalba
Hanc arabes mittũt prior utilior medicine
Vrinas purgant & eis obstantia pellunt
Splem purgant laterisq; fugare persepe doloré
Dicunt cũ uino tepido si sumpserit eger

Menstrua purgabit si se sub fumiget illis
Femina sic etiam uulue sedare dolorem
Dicunt aut ex his sibi si pessaria subdat
Lumbricos pellunt purgant lentigine uultum
Si tritis cum melle linas uenereq; mouere
Dicunt si sint cũ mulsa sumpta tepenti
Ex oleo coctum quo coxeris illine queuis
Ante febris tippum reddes a frigore tutũ
Subuenit hoc syasi mẽbrisq; stupentib9 unguẽ
Anticum uulnus cito purgat puluis eaꝝ.

De enula.

Nula quã uulgus eluam uocat eleniũq;
Dicit͛ a medicis est forma cognita cũctis
Humida uix eius & feruida dicitur esse
Dicitur illius decoctio menstrua purgat
Si bibitur mouet urinam depellit abortum
Dicitur hæc eadem stipatũ soluere uentrẽ
Radix trita fugat syasim superaddita coxe
Ex eius foliis cum uini nectere coctis
Mire neufreticis renes inuoluere prodest
Eius radicũ puluis cũ melle uoratus
Tussim compescit emoptoycisq; medet͛
Cum suco rute sucus si sumitur eius
Affirmant ruptis quod prosit potio talis.

De pistinaca.

St pestinace uirtus in semine tantū
Et radice sua mulse si decoquis eius
Radices multū decoctio proderit eius
Si potanda datur splenis yecorisq; querelis
Lumborumq; leuat eadem potata dolorē
Hanc si lacte coquas decoctio sumpta iuuabit
Asmaticos quāuis ueteres uentresq; fluentes
Radix illius collo suspensa tumores
Vt quidā dicunt compescit testiculorum
Qui pastinacā fert aut qui mandidit illam
Dicitur a nullo serpentū posse noceri
Accendit uenerē si large sumitur illa
Si circum scalpis dentes radicibus eius
Dicunt ingenti persepe dolore leuari
Ex pestinace uino si sperma bibatur
Compescit duros quos scorpio pertulit ictus
Sic quoq; feminei uentris curare tumorē
Dicunt quo mulier quasi pregnās esse uidetur
Appositū tritum cancris cū melle medetur
Quod pastum tribuat est pastinaca uocata.
Namq; cibum melle radices dant meliorē.

De dragontea.

Erba dragonteã græcorꝶ quã uocat usus
Hæc eadem lingua uulgi colubrĩa uocat̃
Q đ colubro similis maculloso cortice surgat
Ex quibus antiquis expertũ credimus esse
Quod queat a simlli colubrina uenena fugare
Quisquis se trita radice perunxerit eius
Tutus ab incursu serpentũ dicitur esse
Morsibus illorꝶ cum uino sumpta medetur
Si iungas oleũ cum suco seminis eius
Auribus infundens poteris sedare dolorẽ
Hoc suco lanam madidã si naribus addas
Compesces morbũ qui pollipus est uocitatus
Sic etiam cancris magnũ solet esse iuuamẽ
Suco radicis eius caligo fugatur
Et uarii morbi quæ lumina perpetiunt̃
Ex ipso puro si sint litta melleue mixto
Et prodest oculis radix si manditur assa
Cũ pusca granis terdenis seminis haustis
Lumina munda ferunt pulsa caligine reddi
Si marcescentis illius floris odorẽ
Nare trahat pregnans depellere fertur abortũ
Vel si sit radix matrici subdita trita
Puluis radicis eius cũ melle iugatus
Tussim compescit sumptus sedatq; catarꝶ

Et confert emoptoicis hoc sepe iuuamen
Pectoris humores exhaurit non redituros
Omnibus his prodest radix si sumitur assa
Istud idem faciet eius decoctio sumpta
Eius cum uino uenerē radix mouet hausta
Prouocat urinas fagedenica uulnera curat
Si sit ei trite cū melle beronia iuncta
Vulneris hæc mundat sordes siringia purgat
Sola sibi iuncto maculas depellit aceto
Esse pedum uitiū dicunt cui pernio nomen
Est a pernica membrꝝ patientis id ipsum
Plebs dicit mullā solet hoc de frigore nasci
Amne dragontee radices decoque tali
Pernio deletur si sepius amne fouetur.

De betonica.

Etonicā soliti sunt coston dicere græci
Vrinas potata ciet lapidesq; repellit
Fert emoptoycis cum pusca sumpta iuuamen
Ydropicos curat cū uino melleue sumpta
De foliis eius tritis factum cathaplasma
Non modicū prodest oculis quos leserit ictus
Illius sucus roseo cōmistus oliuo
Auribus infusus uarios fugat inde dolores
Betonice puluis cocto cū melle iugatus

Empicos tussimq; iuuat suspiria sedat
Et stomachi uarios sumptus iuuat ille dolores
Si febrit ex calida cū uino si febris absit
Cū mulsa bibitus idem puluis mouet aluū
Cum sale contritis folus cathaplasmate facto
Vulneta quæ fuerint curabis facta recenter
Tritaq; facture capitis hæc sola medetur
De foleis eius elixis fit cathaplasma
Vtile non modicū uariis uitiis oculoꝝ
Restringit lacrimas oculoꝝ mansa uel hausta
Hac etiam caligo solet metuenda repellit
Equo cū ruta fuerit si pondere iuncta
Et sic cū limpha sumatur trita tepenti
Sic oculis nocuus sanguis per posteriora
Dicitur expelli sic lumina libera reddi
Sumpta hac cū tepida purgantur uomica dira
Pectoris & morbi potu curanť eodem
Splen iuuat illius decoctio sumpta iecurq;
Vncia betonice socianda quaterna uetusti
Cū uini ciatis tribus his sint addita grana
Vigintiseptē piperis simul hæc bene trita
Haustaq; purgabunt rhenes pelluntq; dolores
Vncia cum ciatis calide potata duobus
Dicitur in modicū uentris sedare dolorē

Hæc tusses cũ melle fugat uẽtrẽ quoq; mollit
Vnaquaq; die febre si uexabitur eger
Vntia iungatur plantaginis una duabus
Betonicẽ sic cũ tepida contrita bibantur
Antea quã febris prenuncia frigora fiant
Vncia betonice calide ciato resoluta
Prodest idropicis si sit potata frequenter
Radicũ puluis cum mulsa tritus & haustus
Humorẽ uomitu uelut elleborꝝ cito purgat
Bis binas dragmas præcepit plinius harum
Radicũ dare passo mulsaue bibendas
Præcipue flegma uomitu purgabitur isto
Cũ mulsa bibitus prodest puluis foliorꝝ
Ruptus atq; steras potus leuat iste cadentes
Cũ uino sumptis obstat potata uenenis
Præcipue semen quod si desit detur herba
Vncia betonice cũ uino sumpta tepenti
Ycteri cos curat cũ mulsa menstrua soluit
Pondere uero fabe puluis cũ melle uoratus
Post cenã stomachũ iuuat ut bene digerat escã
Si de betonica uiridi sit facta corona
Circa serpentes ut plinius asserit auctor
Audebunt nunquã positam transire coronã
Sed morsu proprio pereunt & uerbere caute

Omnib⁹ antidotis menemacus eam sociari
Precipi ut stomacho magis herbis oibus aptá
Plinius hanc inquit qui secũ gesserit herbá
A nullo poterit nocuo medicamine ledi
Et dicit quod ea cum uino sepius hausta
Plumbeus abscedat color & melior reuocet̃.

De porro.

N multis causis usus medicamine porri
Dicitur ypocras medicine maxim⁹ auctor
Istius sucũ solum dedit ille bibendũ
Egrotis qui reiiciunt sputant ue cruorẽ
Quos emoptoicos soliti sunt dicere græci
Cum galla dant hanc alii turisue farina
Aut geminis dragmis porroꝝ seminis uná
Apponunt mire uino quoq; trita resoluunt
Præ cunctis aliis dicunt hæc sumpta iuuare
Manantẽq; potest naris retinere cruorem
Intus si nares ungas medicamine tali
Confractas uuluas suco curabis eodem
Redit fecundas mansum persepe puellas
Vlcera cum melle tritum iuuat appositũq;
Humoꝝ capitis si distillatio fiat
Pulmonẽ pectusq; nocens uocemq; canorã
Indeq; consurgens tussis præcordia ledens

Cum ptissana sucum porri sorbere iuuabit
Et per se solum prodest his omnib⁹ ipsum
Si porri partes in uino coxeris albas
Sicut ut aquam primā mutes addasq; secundā
Vtilis eius aqua duro fit potio uentri
Dicitur hæc eadem cū uino stringere uentrem
Cū uino porrus datur his quos leserit anguis
Quolibet aut animal fundens letale uenenū
Nec minus his prodest si uulnerib⁹ superaddas
Sic uelut emplastrū porrorum melle subactum
Cōmistus porri sucus lacte muliebri
Et bibitus tussim fertur sedare uetustā
Et uariis uitiis pulmonis subuenit idem
Auris compescit cū capre felle dolorem
Præstat idē pariter cū mulsa mistus & auri
Infusus tepidum fungis si manditur obstat
Eius iungatur suco pars tertia mellis
Et sic per nares tepidum fundendo uel aures
Immensū capitis poterit curare dolorē
Ex uino bibat hunc lumborꝫ quem dolor angit
Dicunt utilius tali nihil esse dolori
Fracturas solidat cito duritiasq; relassat
Appositū uulnusq; recens cito cū sale claudit
Si crudum sumptū fuerit leuat hebrietatē

Sic uenerē ſtimulat ſic durum mollitat aluū.

De ſaluia.

SAluia cui nomen eliſifagꝰ eſt apud argos
Cū mulſa iecoris prodeſt potata querelis
Pellit abortiuū lotiumq; & mēſtrua purgat
Trita uenenatos curat ſuperaddita morſus
Crudis uulneribꝰ quæ multo ſanguine manant
Apponas tritam dicunt retinere cruorē
Cum uino ſucus tepidꝰ ſi ſumitur huius
Compeſcit ueterē tuſſim laterisq; dolorem
Pruritus uulue purgat uirgeq; uirilis
Si foueas uino fuerit quo ſaluia cocta
Illius ſuco dicunt nigreſcere crines
Si ſint hoc uncti crebro ſub ſole calenti.

De uerbena.

VErbena ierobatanūq; peritereonq;
Appellāt græci ſpecies hæc fertur habere
Binas effectus eſt idem pene duabus
Cū uino iuuat ictericos ſi ſepe bibatur
Peſtiferos morſus curat ſuperaddita trita
Cum uino renouāda quidē per quattuor iſta
Eſt medicina dies oris bene uulnera purgat
Illius ſucus tepidus ſi uoluitur ore
Hæc quoq; facta recens herbe decoctio præſtat

Hac etiam queuis putredo pellitur oris
Tepefacta diu uoluatur fauce sonora
Glutinat herba recens uulnus supaddita trita
Occurrit cunctis cũ uino sumpta uenenis
Quæ furit alternis febris accendendo diebus
Pellitur a tribus sumptis radicibus eius
Cum totidẽ foliis potentur aqua resoluta
Ista prius patiens quã frigus sentiat ullum
Hocq; modo febribus quartanis illa medet̃
Bis binis foliis cũ tot radicibus haustis
Illius in uino si sit decoctio facta
Conuiuas illares inter conuiuia sparsa
Reddere narratur ut iam descripta buglosa
Hanc herbã cõgestãdo manu si queris ab egro
Dic super quid agis bene si responderit eger
Viuet si uero male spes est nulla salutis
Ex hac compositã quidam iussere coronã
Apponi capiti causa quacũq; dolenti
Sic dicunt illam celerem conferre medelã
Plinius affirmat hanc omnib⁹ esse salubrem
Visceribus lateris morbis iecorisq; querelis
Pectoris & uitiis & præcipue medicari
Pulmonũ causis hanc asserit ille ptisiq;
Parocidas reprimit adipi cõmista uetusto

Herbā cui nomen foliis de mille debere
Betonicāq; pari uerbene pondere iunge
Hæc mista potetur aqua nullū medicamen
Vtilius credunt illis quos calculus angit
Non modice laudare magos hanc asserit herbā
Plinius hanc cunctis dicunt obsistere morbis
Et quod quisq; petit hac impetrare punctus
Sic & amicicias captari posse potentū
Expelli febres & plurima talia fingunt
Quæ quāuis natura potens concedere posset
Vana tamen nobis & anilia iura uidentur.

De peonia.

Eoniā medici calidam sicamq; fatētur
Hācq; tenere gradū dicūt ī utroq; secūdū
Splen iecur & rhenes cū mulsa sumpta iuuabit
Si iungantur ei uiolenter amigdola trita
Menstrua sic purgat & fluxū detinet alui
Illius in uino decoctio sepius hausta
Vesice diros sedat sic sumpta dolores
Et scotasim sic sūpta iuuat stomachiq; dolorē
Neufreticos eadem multū iuuat ycterīcosq;
Calculus infantū potu depellitur eius
Pressuras inferre solent quas sompnia nocte
Peonie semen bibitur si sepius arcet

Illius radix pueris suspensa caducis
Non modicū prodest galienus ut asserit auctor
Quendā se puerum narrat uidisse caducū
Etas cuius erat annoꝝ circiter octo
Peonie puer hic radicem ferre solebat
Appensā collo quadā uice decidit illa
Moxq; puer cecidit solito quo more ligata
Protinus euasit galienus uero probare
Rem plene cupiens radicem denuo dempsit
De collo pueri cecidit surgitq; resumpta
Cognita uis herbe fuit huius sic manifeste
Ipse diascorides cunctis ait esse caducis
Aptam si bibitur uel si suspenditur illa
Seminis illius ter quinq; rubentia grana
Cum uino fluxū matricis sumpta cohercent
Grana solent uarios matricis pellere morbos
Si totidem dentur cū uino nocte bibenda
Huius sunt gemine species maior dicitur una
Altera quæ minor est species est femina dicta
Radix minoris est palmis longa duobus
Grossaq; ceu digitus radix diuisa minoris
Dicitur in plures radices hæc bene purgat
Post partum potata steras uino sociata
In cunctis reliquis similis uis dicitur illis.

De melisophilos.

Erbam quā graeci dixerunt melisophilos
Boracum nostri dicunt uulgariter illam
Precunctis apibus gratissima dicitur herbis
Hæc gaudere magis illius flore uidentur
Contritis foliis apum si uasa perungas
Non fugient meliusq; facis si lac sibi iungas
Vnguine cultores retinent examina tali
Auxiliū presens apum fert ictibus illa
Ictus detrita tegitur si protinus herba
Hocq; modo quos uespa nocet uel aranea curat
Trita solet ueteres compescere cū sale sturmas
Hocq; modo uitiis dicunt succurrere fedis
Femina purgatur decocto cum sale suco
Tali discutitur inflatio nossia potu
Eius si uiridis decoctio sepe bibatur
Antiquos discintericos iuuat & ciliacos
Asmaticis hæc eadem prodest ortonoicisq;
Vlcera depurgat morbos leuat articulorū
Herba canis morsū superaddita cum sale curat
Eius fomento decoctio menstrua purgat
Ore retente solet dentis sedare dolorem
Lumina purgari caligine plinius inquit
Eius si suco fuerint cū melle peruncta.

De senectione.

Rigeron græci senection nosq; uocamus
Quod canis similis uideat^r flore capillis
Nascitur in muris & in ortis & tegulatis
Illius herbe uix frigida dicitur esse
In medicinali radix non ponitur usu
Flores cũ foliis tondens infundito uino
Per modicũ dulcis & sic tepefacta tumori
Hoc simul apponas ani uel testiculorum
Addito thus istis neruos & uulnera queuis
Curabit facile posito cathaplasmate tali
Hæc eadem trita facient eius capitella
Potari prohibent quia suffocare bibentẽ
Quidã confirmant ac contra plinius auctor
Yctericis quodã potu donasse salubrẽ
Cum uino dicit taliq; modo medicari
Morbis uesice plures ait ille probasse
Et cordis uitiis illam iecorisq; dedisse
Torminibus quoq; compasso iuuisseq; potu
Hæc uarios morbos præcordia quos patiuntur
Et uiridis facit hæc sumpta si uoretur aceto
Trita solet duras hæc cũ sale spargere strumas
Hac circunscriptã si quis foueat sine ferro
Et dentem tangat uicibus tribus ille dolentẽ

Vna quã spueris uice postq; reponat eodẽ
Quo sint orta loco sic rursũ iuuat ut herba
Plinius ut dicit non amplius ille dolebit.

De celidonia.

Sse celidonie species gemine referunť
A medicis species ẽ maior prima uocata
Altera uero minor; oculis medicatur utraq;.
Cęcatis pullis, hac lumina mater irundo
(Plinius ut scripsit quãuis sint perdita) redit.
Hanc nasci dicit auibus uenientib⁹ illis
Et desiccari solito dum more recedunt
Indeq; nomen habet celidonia nãq; celidon
Dicitur hæc uolucres græcoꝝ more uocari
Florentis sucus cũ melle coquatur in ere
Igne leui spumã donec proiecerit omnẽ
Et quod grositíe mellis decoctio sumat
Vtilius nullũ oculis dicunt medicamen
Quis caligo nocet si sint hoc sepe perunctí.
Conteritur, iuncto sibi, radix eius aceto,
Et sic ab ictericis cum uino sumitur albo
Dentibus illoꝝ prohibet contrita dolorẽ
De foliis eius si contusis cathaplasma
Cũ uino fiat maculas astringere dicunt.

De menta ortulana.

Im calidā ſicāq; gradu fert menta ſecūdo
Illius potu uis digeſtiua iuuatur
Cōfortat ſtōachū uomitū quoq; detinet hauſta
Lumbricoſq; modo depellere fertur eodē
Diuerſis morbis occurrit teſticulorum
Si foueātur aqua qua menta cocta ſit herba
Contritū ſoluit lac māmis addita trita
Inſtillata fugat auris cū melle dolorē
Aſperitas lingue fugit illa ſepe fricata
Hauſtaq; cū ſapa partum ſolet accelerare
Hæc emoptoicis miſto ſuccurrit aceto
Matrici ſucus ſi ſubditus illius ante
Quā fiat coitus mulier non concipit inde
Caſeolas ſucus putreſcere non ſinit eius
Admiſtus uel ſi uiridis ſuperadditur herba.

De ruta.

Medicis rute uix feruida dicitur eſſe
Sicaq; fertur in his gradus illi tertius eſſe
Vtilis eſt ualde ſtomacho ſi ſepe bibatur
Expellit partum potu uenereq; cohercet
Tuſſim ſi bibitur compeſcit menſtrua purgat
Si coquis hanc limpha cui uinū iunxeris acre
Compeſcit talis decoctio tormina uentris

Pulmones iuuat & pectus morboq; medet̃
Costarũ quem pleuresim uocat attica lingua
Arteticos syasimq; iuuat febribusq; medet̃
Hausta uel in oleo uiridem si coxeris illam
Et foueas tepido patientes ante tremorẽ
Matrici prodest intestiniq; tumori
Hoc unguen uel cristerio si funditur intus
Haustaq; cũ uino prodesse ualebit utriq;
Lumbricos oleo decocta potata repellit
Carita iungatur rute uinoq; coquatur
Cum caricis decocta diu uiniq; liquore
Proderit idropicis si sit superaddita nocte
Cruda comesta recens oculos caligine purgat
Sed melius maratri cũ suco felleq; galli
Melleq; si sucus ex equo iungitur eius
Indeq; sint oculi patientis sepe peruncti
Cum roseo miscens oleo nec non & aceto
Illius sucus capitis curare dolorem
Quãuis in modicũ poteris si sepe perũgens
Naribus expressus si sucus iungitur eius
Sistit manãtem bene siccando cruorem
In corio maligranati si tepefactum
Auribus infundas depelles inde dolorem
Ceruse roseoq; oleo miscens & aceto



Illius sucū mirabile conficis unguem
Ad depellendū sacrum quē dicimus ignem
Et scabiē dextre quæ dicitur expeta græce
Et græce dictas acoras hoc unguine purgas
Vlcera sunt capitis humore fluentia pingui
Curat & hoc ozimas immissū naribus hæc sūt
Quæ grauiter fetet in naribus ulcera nata
Obstat ruta nimis uel cruda comesta uenenis
Hoc metridates rex ponti sepe probauit
Qui rute foliis uiginti cū sale pauco
Ficubus & binis siccis geminaq; uiglande
Et magnis nucibus binis caricisq; duabus
Ieiunus uesci consurgens mane solebat
Armatusq; cibo tali quascunq; ueneno
Quilibet insidias sibi tendere aut metuebat
Mustelleq; docent obsistere posse uenenis
Mirifice rutā comedunt quæ primitus illā
Cū pugnature sunt cum serpentibus atris
Cū butiro modicoq; oleo decocta tumorē
Matricis subiecta tepens fugat illa colliq;
Pectoris & lateris iecoris rhenumq; dolori
Et cunctis uitiis morbis sic subdita prodest
Hac etiam testes poteris curare tumentes
Cū foliis lauri bene tritam si superaddas

Ex hac antidotũ non paucis utile causis
Conficitur medici dicunt diapigonō illud
Pigamon in græca nostra quia ruta uocatur
Illius antidoti confectio talis habetur
Pondere iunge pari nitrum piper atq; ciminũ
Dentibus his tantũ de ruta ponito quantũ
Sed prius ex acri uino macerare ciminũ
Conuenit & ferro post asseri calefacto
Omnia inde simul bene trita ex melle ligabis
Pectoris & iecoris lateris rhenũq; dolores
Ex hoc antidoto curantur sepe comesto
Extenuat bilem mollit sine tormine uentrē
Confortat stomachũ facit ut bene digerat escā

De spica nardi.

Sse gradu primo calidā sicamq; periti
Testant̃ spicam quæ dicitur indica nardꝰ
Confortat potata iecur stomachiq; dolorē
Mitigat & rhenes illius appozima purgat
Vesicamq; iuuat urinas & menstrua purgat
Yctericis prodest nocuis humoribus obstat
Quos caput ad pectus transmittit sepe per uiā
Puncturas aufert & morsus interioꝝ
In stomacho clausũ solet hausta repellere uētũ

Matricis nimiū restringit subdita fluxū
Cum gelida si datur aqua sedare tremorē
Dicitur & cordis & nausia sistitur inde
Excitat hæc uenerē cum sape sumpta liquore
Duritias stericas elixatura resolui
Eius fomento per partes inferiores
Lumina si tepida foueantur sepius illa
Affirmat acri prurigine libera redi
Palpebreq; pili bene confortant̃ eadem.

De spica celitica.

St nardi species quæ celitica spica uocat̃
Celtarum tantū quod nascitur in regione
Omnia quæ nardus ualet indica dicitur ista
Posse licet uires uideatur habere minores.

De nepta idest calamentū.

Erba q̃ neptá uulgari sepe uocamus
Hac medici græco calamenti noīe dicunt
Sica calensq; sibi uix est & tertius illi
Est in utroq; gradus cū mulsá sica tepenti
Sumpta solet totum sudore resoluere corpus

Ex oleo quo sit decocta perunge fricando
Illum uenture metuit qui frigora febris
Non frigus tantū sed febres sepe repellit
Illi qui siassim patitur coxe superadde
Contritā uiridem fertur comburere pellem
Et sic humores siccando fugare dolores
Apposito potuq; suo sic menstrua purgat
Et lepre species elephanciasisq; uocatur
Quæ cunctis morbis maior sic esse uidetur
Vt maior cunctis elephas animalibus estat
Hunc in principio morbū potus calamenti
Cū uino curat humores extenuādo
Serpentū morsus superaddita trita nocere
Non sinit & pellit cum uino sumpta uenena
Potus & iniectus lumbricos & necat eius
Sucus & in mēbris uermes necat omnib? illis
Si mel iungatur huic & sal plus operatur
Si bibit hanc prægnās aut tritā subdit abortit
Purgat & ictericos cū uino purgat anelos
Asmaticos medici quos græco nomine dicunt
Et iecoris morbos cū uino mitigat hausta
Hocq; modo ueterē lateris iuuat illa dolorē
Atq; cicatrices ueteres superaddita trita
Hæc naturali reddet purgando colori

Vino decocte facit hæc melius cathaplaſma
Stomaticū pellit cum uino ſumpta dolorē
Fumus de domibus ſerpentes effugat eius
Tollere ſingultū cum uino dicitur hauſta
Hocq; modo uenerē prohibet potata frequēter.

De latuca.

Rigida latuce uix cōſtat & humida ualde
Vnde pōt nimios hæc māſa leuare calores
Et præſtabit idem ſuperaddas ſi bene trita
Vtilis eſt ſtomacho ſompnū dat & mollit aluū
Omnibus his prodeſt melius decocta comeſta
Et ſtomacho potius non lota comeſta medetur
Latuce ſemen compeſcit ſompnia uana
Cum uino bibitū fluxū quoq; reprimit alui
Lac dat habūdanter nutrici ſumpta frequēter
Et quidā dicunt oculis caligo creatur
His quibus aſſiduo fuerit cibus eius in uſu

FINIS.

Antonius zarotus parmenſis impreſſit Medio
lani. Mcccclxxxii. die. xix. Nouembris.

Macri de usibus herbarum liber primus.


Y. M. L. MEDICAL LIBRARY
HISTORICAL
LIBRARY

Fr. 880.–

52 ff.
cplt
[illegible]

cat
64/

11233